



HARVARD UNIVERSITY LIBRARY
FROM THE LIBRARY OF
COUNT PAUL RIANT
MEMBER OF THE
INSTITUTE OF FRANCE
HISTORIAN OF THE
LATIN EAST
MDCCCC
GIFT OF JOHN HARVEY TREAT
OF LAWRENCE







Hymni et Sequentiae


CUM COMPLURIBUS ALIIS ET LATINIS
ET GALLICIS NECNON THEOTISCIS CARMINIBUS
medio ævo compositis

QUÆ EX LIBRIS IMPRESSIS ET EX CODICIBUS
MANUSCRIPTIS SÆCULORUM A IX USQUE AD XVI PARTIM
post M. FLACII ILLYRICI curas congessit variisque
lectionibus illustravit et nunc primum
in lucem prodidit

GUSTAVUS MILCHSACK.

PARS PRIOR.

HALIS SAXONUM
Sumptibus MAXIMILIANI NIEMEYER Bibliopolæ
LIPSIÆ in officina G. DRUGULIN typis impressum M DCCC LXXXVI.



Hymni et Sequentiae

CUM COMPLURIBUS ALIIS ET LATINIS
ET GALLICIS NECNON THEOTISCIS CARMINIBUS
medio ævo compositis

QUÆ EX LIBRIS IMPRESSIS ET EX CODICIBUS
MANUSCRIPTIS SÆCULORUM A IX USQUE AD XVI PARTIM
post M. FLACII ILLYRICI curas congessit variisque
lectionibus illustravit et nunc primum
in lucem prodidit

GUSTAVUS MILCHSACK.

PARS PRIOR.

HALIS SAXONUM
Sumptibus MAXIMILIANI NIEMEYER Bibliopolæ
LIPSIÆ in officina G. DRUGULIN typis impressum M DCCC LXXXVI.


Bibliothèque
de M. le comte Riant



Hymni et Sequentiae

CUM COMPLURIBUS ALIIS ET LATINIS
ET GALLICIS NECNON THEOTISCIS CARMINIBUS
medio ævo compositis

QUÆ EX LIBRIS IMPRESSIS ET EX CODICIBUS
MANUSCRIPTIS SÆCULORUM A IX USQUE AD XVI PARTIM
post M. FLACII ILLYRICI curas congessit variisque
lectionibus illustravit et nunc primum
in lucem prodidit

GUSTAVUS MILCHSACK.

PARS PRIOR.

HALIS SAXONUM
Sumptibus MAXIMILIANI NIEMEYER Bibliopolæ
LIPSIÆ in officina G. DRUGULIN typis impressum M DCCC LXXXVI.



Hymni & Sequentiae.

I. CHRISTE SANCTORUM DECUS ATQUE VIRTUS.

DE SANCTO BENEDICTO.

CHRISTE, SANCTORUM DECUS atque virtus, vita et forma, via, lux et auctor, supplicum vota pariterque ymnum suscipe clemens.

Qui tuum dudum Benedictum mire 5
ad te attrahens segregasti mundo,
ut probra mundi reprobare discens
te sequeretur.

Cuius ad celum via clara fulgens,
angelo teste, Benedicti esse, 10
auribus fratrum resonare visa est
uoce sonora.

Huius, o Christe, meritis precamur
arceas iram, tribuas fauorem,
gratiam prestans veniamque nobis 15
mitis ad omnes.

Prebe, oramus, deus, alme rector,
ut fides nostra vicijs resistat
atque virtutum studijs ministret
pectore puro. 20

Gloriam patri resonemus omnes
et tibi, Christe, genite superne,
cum quibus sanctus simul et creator
spiritus regnat. Amen.

II. LAUDES DICAMUS OMNES CUM CANTIBUS ALMIS.

DE SANCTIS SERGIO ET BACHO.

Laudes dicamus omnes cum cantibus almis 1

Et carmen prȩclarum resonemus, regem laudantes dominum, 2

Qui cȩlum et terram stabiliuit et qui formauit maria; 3

Nam ipse fecit, quȩcumque mouentur in his, Atque distinxit, formans species quasque, et per genera diuidens. 4

Ipse, que creauit pius elementa, ipse uolens inter elementa uenit, Vbi 5

carnem nostram atque carnis plenum indumentum sacra natus de uirgine susceperat.

Passus est plurima in carne latens 6
dominus: Tentus est uinculis atque alapis cęsus et uerberibus nimiis:

Crucis et indignam pro nobis per- 7
tulit patienter pœnam, Vt nos ab æterna solueret potenter miseratus pœna.

Electi ac sancti dei martyres plurimi 8
hoc cognoscentes ad ueram fidem uenerant, Ex quibus sanctos colimus martyres domini fratres et ipsos in fide pariles, qui pro diuino multas pœnas amore in corpore pertulerant;

Nam Bachus unus est et Sergius est 9
alter, pro quibus dicimus laudes tibi, Christe, Quos tunc Antiochus, dux sub Maximiano, tormentis uariis ausus est punire;

Nam Bacho uitam hanc presentem 10
tulerat sęua per flagella, Ast fratrem eius post absciso capite fecerat transire portas cæli.

III. INCLITA SANCTORUM MARTYRUM TROPÆA.

DE SANCTIS MARTYRIBUS. FRAGMENTUM.



Nclita sanctorum martyrum tropea
totis ueneremur cordium nunc affectibus
et dignis celebremus carminum reboatibus;
Nam dies . . .

IV. CÆLI CIVES IN GAUDIO.

DE SANCTO IOHANNE APOSTOLO.



Aeli ciues in gaudio
manentes coram domino,
uoces suaues fundite
et deo laudes canite.

Lætetur et æcclesia 5
per sanctorum solemnia
et in sonoris cantibus
laudes dicat summi regis.

Qui cæli terræque rector
ad terrestria descendens 10
inter homines electos
sibi iunxit apostolos.

De quorum dicendus nobis
est nunc unus consortio,
nomine Iohannes dictus, 15
gratia dei uocatus.

Hunc saluator castitatis
clarum pro priuilegio
de pectoris sui sancti
claro fonte repleuerat. 20

Unde, multa satiatus
secretorum dulcedine,
et in cælis et in terris
multa uisa ructauit.

Inde deo laus sit semper 25
patri necnon et filio
una cum spiritu sancto
in sempiterna sæcula. Amen.

V. SOLLEMPNITAS FIDELIUM.

DE SANCTA ANNA AD VESPERAS ET AD LAUDES HYMNUS.

SOllempnitas fidelium
magnum reuoluit gaudium,
congaudeant celicole,
pie letentur anime.

Marie mater inclita, 5
que condonata munera
declarat in uocabulo,
presenti migrat seculo.

Annam honorant angeli,
superni quam palacij 10
deducunt in sacraria
pro matris reuerentia.


Annam certatim concinunt,
dum complacere gestiunt
imperatrici celice, 15
parentis huius filie.

Anna beati nominis
parensque tante virginis,
quod tuo sonat nomine
tibi deuotis optime. 20

Deo patri sit gloria
eiusque soli filio
cum spiritu paraclito
et nunc et in perpetuum. Amen.

VI. UT NOX TENEBRIS OBSITA.

DOMINICA TERTIA IN XLIII AD VESPERVM HYMNUS.



UT nox, tenebris obsita,
equans per horas tempora
ternis quater successibus
reddit diem mortalibus,

Sic ter quaternis trahitur 5
horis dies ad vesperum
occasu | sol pronuncians
noctis redire tempora.

Nos ergo signo domini
signemus claustra pectoris, 10
ne serpens ille calidus
intrandi temptet aditus,

Sed armis pudicicie
mens fulta, vigil, libera,
sobrietate comite 15
hostem repellat improbum,

Sed nec ciborum crapula
tandem distentet corpora
neque per sompnum animam
ludificatam polluat. 20

Presta beata trinitas,
concede simplex unitas,
ut fructuosa sint tuis
ieiuniorum munera.

VII. PANGITE CÆLI, REBOEMUS ODAS.

SERGII ET BACHI.

PAngite celi, reboemus odas,
alma per manus domini tropħea,
predulcem sanctis celebremus ymnum
cordis ab imo.

Martires fausti, meritis micantes, 5
Sergius et Bachus socii corona,
carnis a claustro pariter migrando
sydera supra.

Athlete fausti domini superni,
morte deuicta superastis arma 10
hostis antiqui, trucis atque cosmi
carnis agone.

Hinc coronati fidei feruore,
vos decus, virtus sequiturque stema,
esse celestis meruistis agni 15
sanguine loti.

Uos crucis Cristi, socii fideles,
uos piis semper precibus iuuate,
intra celorum mereamur urbis
septa subire. 20

Doxa sit patri genitoque Ihesu,
pneumati sancto simul ac potestas
sit tibi trino deitate soli |
compar in euum.

VIII. SANCTA MARIA, QUID EST? SI CÆLI CLIMATA SCANDIS.

INCIPIT CARMEN IN ASSUMPTIONE S. MARIÆ, QUANDO TABULA PORTATUR.

SAncta Maria, quid est? si cęli climata scandis,
esto benigna tuis, sancta Maria, quid est?
Vnde fremit populus, vel cur uexilla coruscant?
quid sibi uult strepitus? vnde fremit populus?
Quare uolant faculę, lucent per strata coronę 5
lumine cum lunę, quare uolant faculę?
Astra nitent radiis, rutilant et tecta laternis,
cuncta rubent flammis, astra nitent radiis.
Aedita consulibus numerasti, Roma, triumphos,
signa moues planctus, aedita consulibus. 10
Quę tibi causa mali, o felix gloria mundi?
cur manant oculi? quę tibi causa mali?
Plaude, parens patrie! rorantia lumina terge!
spem retinens uenię plaude parens patrię;
Martyrii precio cecidit si prima propago, 15
stas renouata modo martyrii precio.

Limina primus adit siluis digressus arator,
nunc tua piscator limina primus adit.
Puluere multiplici crines fędauerat ille,
hic te mundat aquis puluere multiplici. 20
Paulus ouile tuum pascens eduxit aquatum
atque refert stabulis Paulus ouile tuum.

RESPONDET ROMA.

Quid memoras titulos, aut cur insignia prisca
obicis in uultum? quid memoras titulos?
Enitui facie toto memorabilis orbe, 25
callida sed uulpes enitui facie.
In mediis opibus meretrix nocturna cucullos
induo, prostituens in mediis opibus.
Nec metuens dominum proieci carmine uultum
effrendens nimium nec metuens dominum. 30
Semino nunc lacrimas ad serę gaudia messis
et post delicias semino nunc lacrimas.
Gaudia sustinui, lucrum si prima recepi,
purificante deo gaudia sustinui.
Nec procul est opifex gemmam carbone refingens 35
et gremium pandens nec procul est opifex.
En, ubi uultus adest quęrens oracula matris
prenatis hominum? en, ubi uultus adest?
Vultus adest domini, cui totus sternitur orbis,
signo iudicii uultus adest domini! 40
Ergo fremit populus nec cessant tundere pectus
matres cum senibus, ergo fremit populus.
Sistitur in solio domini spectabile signum
theotocosque suo sistitur in solio.
Hinc thimiama dabunt, hinc balsama prima reponunt, 45
thus myrramque ferunt, hinc thimiama | dabunt.
Dat scola greca melos et plebs romana susurros
et uariis modulis dat scola greca melos.
Kyrie centuplicant et pugnis pectora pulsant
Criste, faueto! tonant, kyrie centuplicant. 50

X. SUMMI TONANTIS UNICE.

DE APOSTOLIS.


Vmmi tonantis vnice,
Criste, lumen de lumine,
qui mundum totum subigis
apostolorum pedibus,

Quos tuo dono deditos 5
cęlestibusque preditos
misisti euuangelica
ubique ferre semina.

Horum placatus precibus,
esto nobis propicius, 10
quorum lętantes annua
prosequimur sollemnia.

Illorum sanctis meritis
erue nos ab inferis,
per quorum sacra dogmata 15
fida gestamus pectora.

Sereno vultu respice
et nos tuendo protege,
qui cuncta mundi noxia
tua uincamus gratia. 20

Laus, honor, uirtus, gloria
deo patri cum filio
sancto simul paraclyto
in sempiterna secula. Amen.

XI. CHORUS NOSTER LÆTABUNDUS.

SEQUENTIA DE SANCTA AFRA.


Horus noster letabundus
in honore sit iocundus
Afre, sancte martiris,
Qvam de fece peccatorum
Cristus purgans iam sanctorum 5
sociauit meritis.

Hec longinquam regionem
sibi facit mansionem
mortis tecta puluere,
Abit locum non mutando, 10
sed a deo declinando
fedo carnis opere.

Hec, a patre sibi data
porcione dissipata,
cibum querit misere, 15
Racionis et nature
res consumens eget, dure
famis pressa pondere.

Gregem pascit hec porcorum
feditatis viciorum 20
confouendo nutriens,
Stola prima decoratur,
dape dulci saginatur
penitendo rediens.

Prudens | predicator missus, 25
vir fidelis, dum Narcissus
verbi spargit semina,
Ouis errans inuenitur,
dragma dena reperitur
in conuersa femina. 30

Ad credendum cor inclinat,
presul ei dum propinat
condimenta fidei,
Pro qua flammis consumatam

rex celestis purpuratam
ad se fecit prouehi.

Intus pulcre redimita
domum patris hec oblita
pariterque populum
Est a rege concupita, 40
cum quo, penis expolita,
permanet in seculum.

Cuius dextri sunt amplexus
non habentes vite nexus
manu nexi regia,
Qvorum gustu delectatur,
quorum nexu iocundatur
martir hec | egregia.

Huius interuencione
de longinqua regione 50
tua, deus, gracia
Nos, precamur, det redire
et purgatos peruenire
tua in palacia.

XII. CÆLUM NUNC OMNE GAUDEAT.

DE SANCTO STEPHANO.


ÆLum nunc omne gaudeat
lætetur et omnis terra,
de cælesti nam dominus
regno uenit ad homines.

Hæsterna die genitus 5
illuxit mundum dominus,
qui hodierna militem
suum suscepit Stephanum.

Hunc elegerunt omnium
sancti doctores gentium, 10
ut esset in uirtutibus
dux et minister cœtibus.

Iudęos inter perfidos,
diuina plenus gratia,
angelica sub facie 15
magna fecit prodigia.

Hunc nos rogamus supplices,
ut, qui pro suis hostibus
orauit, nobis ueniam
imploret ante dominum, 20

Ut in præsenti seculo
eius semper iuuamine
liberemur ab omnibus
inimicorum fraudibus.

XIII. AD HONOREM SUMMI REGIS.

COSMÆ ET DAMIANI.


D honorem summi regis
protectores Cristi legis
prodeunt uirtutibus
Hinc Cosmas et Damianus
mundus procax, demon uanus, 5
diuina obtutibus

Cognoscentes clamauere,
quos adornat sanguis uere
theotoche nomine;
Nam hos mater uenustauit, 10
sed uirtutibus dotauit
magis altis sanguine.

Artis gnari medicine,
suffragati sed diuine
uirtutis auxilio 15
Plebem saluant et iumenta
passionumque tormenta
fidei misterio.

Hij lilie presentati,
quod dijs libent exhortati 20
respuere penitus;
Hinc cathenis astringuntur,
uincti mari inmerguntur,
sed saluantur celitus.

A camino liberantur, 25
crucifixi lapidantur:
sic pugnant in stadio;
Post sagittis impetuntur,
dum hijs sancti non leduntur,
dant ceruices gladio. 30

Horum, Criste, passione
fac nos fortes in agone
mortis in discrimine,
Patronorum nos corone
colletari, Ihesu bone, 35
da perhenni culmine.

XIV. AVE MARTYR GLORIOSE.

DE IOHANNE MARTYRE.

AUe, martir gloriose,
aue, sidus aureum,
aue, flos perhennis rose
germinansque lilium.

In hac ualle peregrina 5
confer tuis precibus,
ne retardet culpe spina
nos a dextris gressibus,
Sed post carnis uelamina,
deleta gibbi sarcina, 10
iungamur celestibus.

XV. O STELLA MARIS, MARIA.

DE BEATA VIRGINE MARIA. AD MATUTINUM.

O Stella maris, Maria,
per quam solis iusticie
ortus mundo resplenduit,
orto iam sole poscimus:

Implora tuis famulis 5
donum superni luminis,
ut conseruemur hodie
nullo polluti crimine.

Gloria tibi, domine,
qui surrexisti a mortuis 10
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

AD TERTIAM.

Spiritus sancti gratia,
que te repleuit, Maria,
qui per sui presentiam 15
horam dicauit tertiam.

De tuis sanctis precibus
nostris infundat cordibus,
ut trinitati debitam

semper dicamus gloriam. 20
Gloria tibi, domine,
qui surrexisti a mortuis,
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

AD SEXTAM.

O pia dei genitrix, 25
tua materna caritas
et uirginalis castitas
Cristum precetur dominum.

Et, qui per crucis agonem
consecrauit meridiem, 30
flammas accendat fidei,
restringat ignem uitii.

Gloria tibi, domine,
qui surrexisti a mortuis,
cum patre et sancto spiritu 35
in sempiterna secula. Amen.

AD NONAM.

Maria, mater domini,
qua uerbum caro factum est,
effunde preces filio
pro tuorum collegio, 40

Ut det uitam propicius,
nona pro nobis mortuus,
detque nobis efficere
tue consortes glorie.

Gloria tibi, domine, 45
qui surrexisti a mortuis,
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

XVI. CHRISTE, SPONSUS ECCLESIÆ.

DE S. KATERINA. AD NOCTURNUM.


Riste, sponsus ecclesie,
fons uiuus innocencie,
Katerine prece poscimus
nos tuere propicius.

O sponsa Cristi prouida, 5
uirilis tactus nescia,
pro nobis prece sedula
rogando Cristum supplica,

Ne nos permittat seculi
huius ex mole conteri, 10
sed nos ad locum subuehat,
in quo lux lucis luceat.

Deo patri sit gloria
eiusque soli filio
cum spiritu paraclito 15
et nunc et in perpetuum. Amen.

XVII. SACRATA DIES EMICAT.

DE S. MARIA MAGDALENA. AD LAUDES.


Acrata dies emicat,
spes lapsorum et gloria,
qua Maria Magdalena
celi scandit palacia.

Hec sacros pedes lacrimis 5
Cristi rigans uberrimis,
fusis dum tergit crinibus,
cordis purgatur sordibus.

Nardi spica cum balsamo
mixta liquore congruo, 10
plantas dum tergit crinibus,
te saluo, inquid dominus.

O precelsa uirtutibus
illustrata diuinitus,
in te sperantes largius, 15
Maria, laua precibus.

Aue, pater omnium,
nobis presta per filium
carismatis subsidia
in seculorum secula. Amen. 20

XVIII. IESU CHRISTE, SPLENDOR PATRIS.

DE S. MICHAELE AD LAUDES.

Esu Criste, splendor patris,
uita ac uirtus cordium,
in conspectu angelorum
uotis, uoce psallimus
alternantes, concrepando 5
melos damus uocibus.

Collaudamus uenerantes
omnes celi milites,
sic precipue primatem
celestis exercitus, 10
Michahelem in uirtute
conterentem diabulum.

Quo custode procul pelle,
rex Criste piissime,
omne nefas inimici, 15
mundos corde et corpore
paradiso redde tuo
nos sola clemencia.

Gloriam patri melodis
personemus uocibus, 20
gloriam Cristo canamus,
gloriam paraclito,
qui deus trinus et unus
exstat ante secula. Amen.

XIX. AVE, VIRGO FLORIGERA.

DE UNDECIM MILIBUS VIRGINUM.

Ue, uirgo florigera,
tot milibus tu uernula,
tu dei florens gratia
. . . . . de Brittania.

Tu patri das consilium, 5
ne addicet connubium,
edocta sic ab angelo
uisu noctis silentio.

Sic seruas pacem patrie
et consulis mesticie, 10
pro qua pater sollicitus
et tristis est et dubius.

In nauium preludiis
tu defers florem uirginis,
anhelans ad martirium, 15
requirens dei filium.

Sit laus patri cum filio,
spiritui paraclito
sit nunc et semper gloria
ab hac dei familia. 20

He pausant in Colonia,
quas nouit Alimannia
et Grecia cum India
totaque celi curia.

Ergo, uirgo pulcherrima, 25
cum tua turba fulgida
nostris intende precibus
deuotis et supplicibus,

Ut sic flore uirgineo
fruamur in hoc seculo, 30
ne cum stultis uirginibus
pellat sponsus liminibus.

Sit laus patri cum filio,
spiritu paraclito
sit nunc et semper gloria 35
ab hac dei familia. Amen.

XX. AVETE FLORES VIRGINUM.

DE EISDEM. AD VESPERAS.


Uete, flores uirginum,
uirginitatis speculum,
oretis dei filium,
ne nos dampnet exilium.

Conferte nos uirginibus, 5
que non stabunt pre foribus,
sed cum sponso in nuptiis
miris exultant gaudiis.

Uirgo, mater et filia,
noua plantata lilya 10
cum filio tu collige
ortum intrantes hodie.

Uos nunc, effecte celibes,
cum regina unanimes,
illic nos precum glutine 15
exacta uita figite.

Laus trinitati gemina,
que unitati gloria
celi exultent agmina,
quibus dantur tot milia. Amen. 20

XXI. PANGE LINGUA GLORIOSÆ.

DE S. KATERINA.


Ange, lingua gloriose
uirginis preconium,
gemme iubar preciose
descendat in medium,
ut illustret tenebrose 5
mentis domicilium.

Inminente passione
uirgo hec supplicauit,
assequatur, Ihesu bone,
a te, quod petierit, 10
suo si quis in agone
mei memor fuerit.

Hoc declarat, hoc explanat
meritum uirgineum,
quod ex eius tumba manat 15
incessanter oleum,
cuius uirtus omnes sanat
dolores languentium.

Interuentu ergo eius
sis nobis propicius 20

ac nostra dele peccata
et da uite gaudia,
qui regnas cum deo patre
et spiritu compare. Amen.

XXII. LÆTETUR AULA CELICA.

DE S. KATERINA.


Etetur aula celica,
letetur mundi machina,
Katerinam celo redditam
cantet omnis ecclesia.

Hec in terris posita 5
celi abiuit atria
fluenta uite siciens
et terrena fastidiens.

Ad fontem uite sitiuit
et fontem uite reperit, 10
cuius fota dulcedine
nil nouit ultra flebile.

Nulla ualet uox promere,
nullus sensus concipere,
qua pascatur dulcedine, 15
quanto fruatur lumine.

Laudetur in te genitor
cum suo unigenito,
laudetur sanctus spiritus
cum patre ens et filio. Amen. 20

XXIII. SYDUS SOLARE REVEHIT.

MARIÆ MAGDALENÆ AD NOCTURN. HYMNUS.


Ydus solare reuehit
optate festa diei,
qua Maria Magdalene
arcem polorum subijt.

Peccatricem se domino, 5
que fatetur in publico
et spretis mundi illecebris
veniam sic promeruit.

Hec prima pedes domini,
postquam a morte surrexit, 10
quos lauerat iam lacrimis,
leta deuote tenuit.

Huius precamur precibus,
nos, Criste, solue nexibus
tergendo nostra crimina 15
in sempiterna secula. Amen.

XXIV. MARIA MATER DOMINI.

IN NATIVITATE B. MARIE VIRG. AD VESP. ET AD COMPLETORIUM.


Aria, mater domini,
eterni patris filii,
fer opem nobis omnibus
ad te confugientibus.

Deum, de deo genitum, 5
tu genuisti filium:
qui non habet inicium
in te sumpsit exordium.

Celum terramque qui regit,
in te formatus extitit: 10

quem mundus totus non capit,
in tuo ventre iacuit.

Deus et homo nascitur
vnus et Cristus colitur,
Ihesus redemptor omnium 15
saluator atque gencium.

Hunc nobis nasci profuit,
a morte nos eripuit,
pro nobis ipse mortuus
et nos per illum viuimus. 20

Deo patri sit gloria
eiusque soli filio
cum spiritu paraclito
et nunc et in perpetum. Amen.

XXV. CHRISTE, SALVATOR OMNIUM.

DE S. KATHERINA AD VESPERAS ET AD LAUDES HYMNUS.


Hriste, saluator omnium,
iustorum spes et premium,
exaudi uoces cordium
hoc festo te colencium.

Hec virgo, Cristum induens, 5
mentem diuinis imbuens,
argumentis rethoricis
vim tollit et sophisticis.

Mox turba philosophica
cedit, vincit theorica, 10
succumbit dyalectica,
elingwis fit rethorica.

Hec virgo, proles regia,
contempnens mundi gaudia
contendit ad celestia, 15
que martir est egregia.

Regina, gustu fidei
chori consors etherei,
ex consensu Porphirij
palmam subijt martirij. 20

Nunc ergo, iudex aye,
nos virginis egregie
festum canentes suscipe
de throno tue glorie.

Deo patri sit gloria 25
eiusque soli filio
cum spiritu paraclito
et nunc et in perpetuum. Amen.

XXVI. UT CELEBRI LÆTITIA.

DE S. ANNA. AD NOCTURNAM.


T celebri leticia
congaudeat ecclesia:
festum honoret celebre,
quod causam dat leticie.

Lux adest uenerabilis, 5
in qua supernis gaudiis
mater Marie uirginis
inducitur ab angelis.

Hinc sollempnizent hodie
superne ciues curie, 10
pro tante matris gloria
resultet celi machina.

Nos ergo deuotissima
iungamus hijs preconia:

sonent ymnorum cantica 15
mereque uocis organa.

Parens regine celicum
ora pro nobis dominum,
ut mundi post exilium
det sempiternum gaudium. 20

Deo patri sit gloria
eiusque soli filio
cum spiritu paraclito
in sempiterna secula. Amen.

XXVII. SANCTI MARTYRIS BLASII.

DE SANCTO BLASIO.

SAncti martyris Blasij,
pontificis eximij,
agentes sollempnia,
Huic ex corde iubilemus
semper quoque flagitemus 5
eius patrocinia.

Qui natus in Sebastia
de sublimi prosapia
oriundus patuit,
Morum tamen nobilitas 10
ac eius uite sanctitas
dignius enituit.

Probat hoc euentus rei,
namque dum athleta dei
persequentis rabiem 15
Fugit in montem Argei,
bestie ministrant ei
postulantes requiem.

A morte saluat puerum,
lupum reducit iterum, 20
ut predam restituat.
Suspensus in eculeo
gratulatur letus deo,
aque uim euacuat.

Clarior sole splenduit, 25
cum nube uox apparuit,
postremo | decollatur.
Pro hiis et multis aliis
suis sanctus suffragiis
nostri misereatvr. 30

XXVIII. LAUS, GLORIA, VIRTUS ET GRATIA SALUSQUE ÆTERNA.

DE SANCTO IOANNE EVANGELISTA.



LAus, gloria virtus et gratia salusque eterna! 1

Christe, tua sint atque maneant bona queque cuncta, 2

Qui carnem de virgine assumpseras, integritatis aulam matrem quoque seruaueras incontaminatam; 3

Ioannem custodieras virginem verbi huius archana reserare apostolum et euangelistam; 4

Nam nuptiarum hic sponsalia spreuerat iam cepta 5

De hinc secundo naui retia et iura paterna. 6

Cum transmutate faciei tuam ipsis angelorum choris reuerendam ostendisti gloriam. 7

Et supra pectus tuum infra cenam pausans, vnde larga, que sparsurus erat, epotauit mistica. 8

Et matrem in cruce tuam accepit tuendam 9

Felix, quem sic volueras, donec ad- 10 uenias manere.

Qui Pathmos insula . . . exulaueras, 11

Dum ei plurima reuelaueras inibi mysteria. 12

Pollebat diu multa operans miracula, 13

Pro quibus, Christe, nostra iubilet melodia: 14

Semper sit laus tibi summa. Amen. 15

XXIX. PSALLAT CUM LÆTITIA, VOCUM CONSONANTIA.

DE SANCTA BARBARA.

Sallat cum leticia
vocum consonantia
die hac ecclesia:
Omnis nostra contio
psallat cum tripudio 5
ad tanta solemnia.
Diem festum agimus,
Barbare recolimus
sacra natalicia;
Hec secundum seculi 10
dignitatem nobili
nascitur prosapia.
Videns, transitoria
quod sit mundi gloria,
hec spernit connubia. 15
Mente deum concipit,
duas in domo conspicit
fenestras, sed precipit,
vt iam fiat tercia.
Crucis facit signaculum, 20
sed erit admiraculum
hoc omne per seculum
in domo . . . . patria.
Planta pura fit figura
nouá fons iura sumit plura 25
dans egris remedia.
Virgo deos spernens, eos
detestatur, iam culpatur
de fenestra tercia.
Trinitatem profitetur, 30
dolet pater, commouetur,
euanescit filia.
Grex pastoris fit locuste,
capta virgo, cesa fuste,
clauditur in cellula. 35
Iam presidi presentatur,
verum deum protestatur,
verberatur ac damnatur
(iam) carceris custodia.
Carcer resplendet lumine, 40
sanat deus plagas in virgine
absque fine in certamine

hec denouet sculptilia.
Isti latus aperitur,
ardens lampas apponitur, | 45
plus punitur, nam tonditur
caput, truncantur vbera.
Iam nudata agitatur,
dei stola iam velatur,
decollatur, deportatur 50
ad regna celestia.
Hinc eterna sint nobis gaudia. Amen.

XXX. PURA DEUM LAUDET INNOCENTIA.
DE INNOCENTIBUS.



Vra deum laudet innocentia, innocens Christus sua quam sacrat infantia 1
Paruulorum et morte martyrum preciosa, 2
Quos seuicia Herodis dare neci iusserat, 3
Cum extinguere nititur illum, qui vitam dare venerat; 4
Natum namque regem audierat, 5
Quem succedere sibi posse in|ani pauore formidabat, quia non celi regem nouerat. 6
Mox inuidia accensus et ira feruida infantes a bimatu et infra 7
Occidi iubet in tota Dauidis Bethleem pariter et eius per cuncta confinia. 8
Statim militum pergunt agmina 9
Et tyrannica complent iussa mactantes milia innocentum inter dulcia matrum vbera. 10
O impietas, o seua nimium feritas, o nunquam audita crudelitas! 11
Insontes culpa non est que noxios faciat; crudelitas aliqua et mortis subeunt discrimina. 12
O Christi miranda semper et in istis gratia 13
Pro se passis eterna quibus est largitus premia. 14
Ipsi laus sit nunc et in secula. Amen. 15

XXXI. SANCTA CUNCTIS LÆTITIA FESTA SUNT CELEBRANDA.
FERIA III. POST PASCHA.



Ancta cunctis leticia festa sunt celebranda. 1
En, pia luce clarescit regis aula, 2
Angelica resultat simul celitus vox gloriosa, 3
Quod dominus Ihesus surrexit lege mortis triumphata 4
Et a regula renident prophetica fide puriter ventilata, 5

Quorum meritis pullulans ecclesia 6 per hoc seculum est diffusa.

Ideoque nostra iubilent pectora et in 7 aures domini munera dent peruenire laudum sibi grata,

Cuius ope sumus de domo lutea libe- 8 rati patrie et eterna iam meremur digni esse vita.

Ipsum timuit, cum nascitur, pestifera 9 Herodis olim regis aula;

Ipsum metuunt, cum moritur, iuda- 10 ica resurgere perfida corda.

Sed nos, quibus, illa prebita gratia, 11 vt esse mereamur simili gloria, profuit credere, quod cum patre creata re'git vniuersa,

Et tunc, quando nasci voluit, debita 12 et nunc resurgentem veneramur oda, vt eum iugiter in patria videre queamus eterna.

Aromata feramus ad sepulchrum e- 13 ius, vbi laudat

Hunc gemina Maria luce resurgen- 14 tem solis orta,

Vt voce angelica visus iam mundi 15 gaudeat per secula. Alleluia.

XXXII. CHRISTI BAPTISTA PERMAXIMA MUNDI DONA.

IN NATIVITATE S. IOANNIS BAPTISTÆ.



CHristi baptista permaxima 1 mundi dona

Natali suo accumulat gau- 2 dijs celebranda.

Sterilem matrem reddens fecundam 3

Patris et lingue soluens vincula 4

Sanctorum merita et supernorum 5 cuncta.

Qui solus indicat nomine et gratia, 6

Quem nondum viscera materna pro- 7 fuderant,

Et Christum in aula materna presen- 8 serat.

Archangelus, angelus, patriarcha, 9

Vates, propheta atque plusquam 10 propheta,

Vox, iudex et preco, sacerdos, pre- 11 cursor et baptista

Nec non apostolus, heremi quod cul- 12 tor anachorita,

Sponsi ad gaudia colletabundus a- 13 micus, vota votis ingeminans pia,

Euangelista que uirgo, confessor et 14 paranymphus, ardens lucensque lucerna,

Et virtutum | scola sanctitatisque 15 forma,

Penitentium via, peccatorum venia. 16

Ideoque voce maior est dominica 17

Stirpe progenitus extat de feminea. 18

Ioannes auctus in cuncta. Amen. 19

XXXIII. VICTORI GENTIUM GENTES APPLAUDITE.

IN CONVERSIONE S. PAULI APOSTOLI.

VIctori gentium
gentes applaudite
votaque mentium
voce depromite.

Pastori gregibus 5
curam impendere,
pastorem ouibus
incumbit colere.

Electum vasculum
honoris, ferculum 10
tumoris vacuum
iure percolitis,
qui veri queritis
fontis irriguum.

Exempli graciam, 15
laudis materiam
in hoc exilio
confert et gaudium
doctoris gentium
sacra conuersio. 20

Rapax mane,
sero munificus,
non inane
Beniamin typicus
tulit auspicium. 25

Parit mater
doloris filium,
vocat pater
dextre suffragium
doctus misterium. 30

Quod Saulus rapuit,
Pau|lus distribuit,
diuisit spolia
legis in gratia.

Quem Annas statuit 35
ducem malitie,
Christus exhibuit
ministrum gratie.

Dum vacat cedibus,
cecatus corruit; 40
lapsa de nubibus
vox eum arguit:

Cur me persequeris,
Saule, nec sequeris?
cur in aculeum 45
vertis calcaneum?

Dum me persequeris,
prestare crederis
michi obsequium,
in meis fratribus 50
cruentis manibus
versando gladium.

Excessit litera,
cesserunt vetera,
preconem gratie 55
te nunc constituo;
surge continuo,
locum do venie.

O plena gratia,
de cuius cumulo 60
arenti copia
redundat seculo!

Felix vocatio,
non propter meritum

larga donatio,
sed preter debitum. 65
Per aque medium,
per ignem spiritus
ad refrigerium
transit diuinitus. 70
Mutato nomine
mutatur moribus,
secundus ordine,
primus laboribus.
Par est apostolis 75
vocatis primitus,
preest apostolis
vocatus celitus.
Ter virgis ceditur,
semel lapidibus, 80
ter mari mergitur
nec perit fluctibus.
Ad celum tercium
raptus in spiritu,
dei misterium 85
mentis intuitu
intuetur nec loquitur
quia nec loqui sinitur.
O pastor inclite,
pastorum gloria, 90
felici tramite
tua ouilia
deduc, perduc, constitue
perhennis loco pascue. Amen.

XXXIV. EXULTEMUS, GAUDEAMUS CONCORDI LÆTITIA.

DE SANCTA AGATHA VIRGINE ET MARTYRE.


Xultemus, gaudeamus
concordi leticia,
Victor sponsus collaudetur
in sponse victoria.
Cuius cruce noua luce 5
mundi nitent climata,
Cuius dono de maligno
triumphauit Agatha.
Expers sordis et immunis
ab omni | lasciuia 10
Tuo recens vultu decens
nitet pudicitia.
O quam beata,
cui fuit in agone
virtus Christi socia, 15
Per quam triumphans
ad celorum sublimatur
excelsa fastigia.
Erat in eius animo
stabilis constantia 20
et aduersa sufferebat
multa pacientia.
Furit in eius corpore
iudicis vesania,
tamen in tormentis Christi 25
leuatur clementia.
Deos spernit et deorum
ridet sacrificia,
mente calcat impiorum
(non) soluta seuiciam. 30
Mammam tradit in tormentis,
dat maxillam alapis

et corporis spernens penas
fide vicit omnes vna.

O beata, quam ad portum, 35
tam ad lucis duxit ortum
Christus in custodia;
Carcer micat noua luce
et curatur, Christo duce,
in Petri presentia. 40

Dum oraret nec inanum,
ecce, quidam profert manum
ad eius presidia:
Statim salus datur grata,
cedunt vmbre, luce data, 45
metum mutant gaudia.


Ex ipsius tumba manat
sanitatis copia,
Que furentes sedat rogos
per eius suffragia. 50

Nos, qui sumus in hac valle
lacrimarum, in conualle
perpessi naufragia,
Gloriosa sponsa Christi,
que iam sponso placuisti, 55
duc ad pacis gaudia.

Ipsam nobis mansionem
impetres a domino
prece pia,
Ad quam ducit omnes pios 60
post mortis excidium,
vite via;

Tuum festum celebrantes
gaudeant per secula
Et coronet eos Christus 65
post vite curricula. Amen.

XXXV. URBS LEGIA LÆTA PLAUDE.
DE SANCTO THEODARDO.



Rrbs Legia leta plaude,
lauda virum dignum laude,
sanctum ab infantia,
Laudabilem Theodardum,
superantem thus et nardum 5
virtutum fragrantia.

Nobili stirpe claruit,
sed clarior apparuit
moribus, | scientia,
Mores prauos extirpauit, 10
presul factus, gregem pauit
omni diligentia.

Dum arguit transgressores
quosdam viros, inuasores
bonorum ecclesie, 15
Tunc ad regem properantem
insequuntur iam intrantem
siluam elisatie.

Mox ab illis sicarijs
plagis concisus varijs, 20
innocens occiditur.
Sic sanguine laureatus,
paradisi vir beatus
ianuam ingreditur.

Ad tumbam huius sepulti 25
egri liberantur multi
a morbi molestia;

Huius interuentu precum
nos perducat Christus secum
ad regna celestia. 30

Amen dicat omnis homo,
vt cantet (in) celesti domo
iocundum alleluia!

XXXVI. CHRISTI LAUDEM PRÆDICEMUS.

DE SANCTO LAMBERTO.

Hristi laudem predicemus,
Christi quidem qui gaudemus
insigniri nomine.
Felix nomen, felix omen
illi cedit, qui se credit 5
dignum hoc cognomine.

Hoc Lambertus consecrari
et se studens decorari
sub annis infantie,
Christi iugo se subiecit, 10
mundi fastum a se iecit,
donis pollens gratie.

Signa multis dans profectus
arbor ista germinat,
cuius odor longe vectus 15
mundo se disterminat.

Hic in sancta sublimatur
sede Traiectensium
et optatum plene datur
populo presidium. 20

Hunc a sede chatedrali
pellit hostis inuidus
valde fremens, quod a tali
saluus fiat languidus.

Monachorum subit edem 25
presul deo deditus,
post in primam redit sedem
suo iuri redditus.

Sed confracta dum relocat
et dispersa dum reuocat 30
ad ouile domini,
Scelus ingens et enorme
vidit obstans Christi norme
et excelso nomini;

Nam Pippinus, dux Francorum, 35
qui legalem fugit thorum,
fractor legum, | spretor morum,
adheret adultere;
Preces fundit et frequenter
instat presul et patenter 40
illum monet et clementer
vult eum inducere,

Vt contempto nexu tali
et amota causa mali
sub amplexu coniugali 45
motus carnis dirigat,
Vt peruersum mutet morem,
caste viuat et vxorem,
cedit enim ad honorem,
non incestam diligat. 50

Et . . . alapis acceptis
flagrescit medullitus,
non aspirat suis ceptis
dator pacis spiritus.

Verbis vsa venenatis 55
Dodo rem aggreditur,

illum vrget, artat satis,
sic sanctus perimitur.

Sic hostia salutaris
immolatur et in aris 60
sacer sanguis funditur,
Sed redemptor protoplasti
vespertini holocausti
odore reficitur.

Veruex, pelle rubricata 65
super niuem dealbata,
tegens tabernaculum,
Passione rubricatum,
castitate candidatum
gessit habitaculum. 70

Qui torcular sic calcauit
et qui vestem dealbauit
agni veri sanguine,
A peccatis absolutos
celo iungat et ablutos 75
nos reddat a crimine. Amen.

XXXVII. SYON GAUDENS FLORE VERNO.

DE SANCTO MATERNO.

SYon, gaudens flore verno,
flore vernans in eterno,
leta psallat hodie,
Sertum vite in Materno
cetu confert in superno 5
celestis militie.

Viris tribus, charitatis
in amplexu copulatis,
fidenter in Galliam
A beato destinatis 10
Petro, fide trinitatis
implent et Germaniam.

Instant dum officio,
tollitur de medio
citius Maternus; 15
Rhomam cum Euchario
reuerso Valerio,
planctus fit frater|nus.

Redeuntes ad humatum
corpus Petri sibi datum 20
superponunt baculum
Et diebus ita functum
quaterdenis sibi iunctum
viuum gaudent socium.

In salutem populorum 25
fit provectus Treuerorum
ac Coloniensium
Clare gentis et Tongrorum
archipresul, norma morum
factus est et speculum. 30

Mira res! pro singulo
quietis in tumulo
die sibi datur
Annus in officio
laboris, ab ocio 35
postquam suscitatur.

Cursu tandem adimpleto,
dies claudit fine leto.
sed, cum sub certamine
Hinc et inde repetatur 40
corpus, quibus conferatur,
probatur in flumine.

O res mira, contra cursum
Reni corpus tendit sursum
miliaris spacium.
Signo monstrat in aperto
locum petatque pro certo
vrbem Treuerensium.

Tongris ergo, quos corpore
priuas, precatus munere, 50
pater foue,
Et ceteris cum filijs
Hierusalem in lilijs
vernent noue.

Eya, pater, in amplexu 55
requiescens firmo nexu
Rachelis in patria,
Nos, solutos nexu Lye,
tecum frui vero die
pacem fac in gloria. Amen. 60

XXXVIII. GRATULETUR CHORUS ISTE,
DE SANCTO HUBERTO.

GRatuletur chorus iste
sitque procul omne triste
ab | isto collegio,
Die sanctus hodierna
transmigrauit ad superna 5
Hubertus cum gaudio.

Comes erat palatinus,
cum crudelis Ebronius
opprimebat Franciam;
Illam prorsus deseruit, 10
quia ferre non potuit
tyranni maliciam.

Ad Lambertum hic perrexit,
postquam mores intellexit
ipsius et merita. 15
Hunc Lambertus instruebat,
hinc instructus adimplebat
sui patris monita.

Mundi fastum detestatur,
Christi legem amplexatur 20
toto desiderio:
Militarem rem abiecit
atque totum se subiecit
Lamberti consilio.

Post hec Rhomam est profectus, 25
in doctrinis iam prouectus
Lamberti solertia.
Apostolos visitauit,
quibus suos mancipauit
actus et officia. 30

Tunc Lamberti magnifici
mortem summo pontifici
angelus aperuit,
Qui diuino miraculo
cum pastorali baculo 35
eidem apparuit.
Mox defuncto subrogatur
et in eius collocatur
Hubertus regimine.
Hic Tongrorum plebem rexit, 40
a luporum hanc protexit
mordaci voragine.

Mortem sciens aduenturam
preelegit sepulturam

in Petri basilica.
Dum animam exufflabat,
sese deo commendabat
sacra canens cantica.
Carlamanno fuit cure
extra locum sepulture
Hubertum eximere;
Hunc in altum sublimauit
et regali preditauit
locum illum munere.
O Huberte, gregem istum
apud verum regem Christum
pie reconsilia,
Vt valeat optinere
et obtenta possidere
sempiterna gaudia. Amen.

XXXIX. NOVUM SYDUS IN SUPERIS.

DE SANCTA ANNA. AD MATUTINUM.


Ouum sydus, in superis
exortum, fulget hodie,
translatum hinc de tenebris
ad claritatem patrie.
Ad gloriam de gratia
transiuit, dicta gratia
plena, gaudens leticia
delecti sub presentia.
Alternis se conspectibus
cernentes, mater, filia,
versis in Ihesum vultibus,
stupent ineffabilia.
Que tantis fulges meritis,
per te donetur gratia
nobis in cursu temporis,
finito cursu gloria.
Iesu, Marie filio,
laus honor sit et gloria,
qui nos, ab hoc exilio
ductos, locet in patria. Amen.

XL. LÆTABUNDA LAUS BEATO.

IN COMMEMORATIONE SANCTI LAMBERTI.


Etabunda laus beato
detur martyri Lamberto
cum mera symphonia;
Illi merces est perhennis,
angelorum lux solennis
et dulcis armonia.
Hunc moribus deo dignis
diuinus repleuit ignis
ab adolescentia,
Miris quoque fulsit signis
sanctitate vir insignis
et virtutum gratia.
Taxandriam illustrauit,
ydolorum quam mundauit
ab omni spurcicia,
Et Landradam tumulauit,
quam translatam reuelauit
diuina potentia.
Detestans adulterium
presul subit martyrium

orans in ecclesia:
Sic ad aram immolatur, |
sic cruore consecratur
grata sibi Legia,
In qua concessa celitus
Lambertus, martyr inclitus,
ostendit miracula,
Cuius suffulti precibus
iungamur celi ciuibus
felices per secula.
Amen dicat chorus iste,
semper psallat tibi, Christe,
iocundus in patria:
Amen dicat plebs deuota
et collaudet mente tota
tanti patris merita. Amen.

XLI. HYMNUM CANAMUS GLORIÆ.

DE ASCENSIONE DOMINI HYMNUS.

HYmnum canamus glorie,
hymni noui nunc personent:
Christus nouo cum tramite
ad patris ascendit thronum.

Transit triumpho nobili
poli potenter culmina,
qui morte mortem vicerat
derisus a mortalibus.

Apostoli tunc mystico
in monte stantes crismatis
cum matre, clara virgine,
Ihesu videbant gloriam.

Ac prosecuti lumine
leto petentem sydera,
letis per auras cordibus
duxere regem seculi.

Quos alloquentes angeli:
quid astra stantes cernitis?
saluator hic est, inquiunt,
Iesus triumpho nobili.

A vobis ad celestia
qui regna nunc assumptus est,
venturus inde seculi
in fine iudex omnium.

Da nobis illuc sedula
deuotione tendere,
quo te sedere cum patre
in arce regni credimus.

Gloria tibi, domine,
qui scandis super ethera,
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

XLII. LAUDIBUS DIGNIS RESONEMUS HYMNIS.

BARTHOLOMÆI APOSTOLI.


Audibus dignis resonemus hymnis,
additur celis domino fidelis
civis, elatus meritis, beatus
Bartholomeus.

In die cetus modulare letus
vocibus festis iubilans canoris
glorie sanctum recolens triumphum

Bartholomei.

Nominis sedem gemebundus edem
hostis antiquus fugiens iniquus 10
tristis abscedit querulusque cedit
Bartholomeo.

Nouerit iustum latrie magistrum
Indus, antiquum fugiendo ritum,
vere sementem fidei ferentem 15
Bartholomeum.

Te patrem Petro memorem beato,
qui te|net primam monadem sacratam
ex Ade patria, tibi sors secunda,
Bartholomee. 20

Laus deo patri genitoque proli,
flamini sancto reboat in alto
gloria celo, requie potito
Bartholomeo.

XLIII. GAUDEAT PROLE GALLIA.
THEODARDI EPISCOPI AD VESPERAS.


Audeat prole Gallia,
letetur patre Legia,
sancti prouecta meritis
Theodardi antistitis.

Hic doctor vere fidei, 5
emulator legis dei
illuminauit patriam
destruens idolatriam.

Dum ministros nequitie,
predatores ecclesie 10
salubriter redarguit,
fraude cesus occubuit.

Sic, pro gregis regimine
suo perfusus sanguine,
aulam scandit ad arduam 15
celi luce conspicuam.

Pastor, oues considera,
tecum perduc ad sydera,
vt angelorum legio
nostro sit in collegio. 20

Hoc nobis prestet deitas,
in vnitate trinitas,
quam Theodardus coluit |
deum vnum et docuit. Amen.

XLIV. AULÆ PARADISI LAUDEMUS DOMINUM.
THEODARDI EPISCOPI AD VESPERAS.


Vle paradisi
laudemus dominum,
sanctum Theodardum
felicem presulem.

De stirpe nobili 5
Francorum editus,
refulsit gratia
diuina preditus.

Tongrorum adeptus
culmen presulatus, 10
sacris virtutibus
fulsit presulatus.

Nunquam resolutus
fuit ad ocium,

quinque talentorum
implens negocium.

Pro defensione
rerum ecclesie
in silua peremptus
est elisatie.

Qui est ab impijs
occisus nequiter, 15
regna celestia
scandit feliciter.

Sit laus trinitati,
vnitati trine
honor et potestas 20
nunc et sine fine. Amen.

XLV. HYMNUM CANTEMUS DOMINO.

DE SANCTO THEODARDO. IN SECUNDIS VESPERIS.

HYmnum cantemus domino,
sono concordi gemino
cythariset armonia,
organiset symphonia.

Assunt festa pontificis 5
Theodardi, magnificis
laudum colenda titulis,
qui choruscat miraculis.

Ecclesie pro iuribus
defendendis ab hostibus 10
sese murum opposuit
ex aduerso, vt decuit.

Hinc immolatur hostia
munda, sacra, placens, pia,
ab impijs predonibus, 15
patrem neci tradentibus.

Per martyris victoriam
nobis concedat veniam,
qui vincit in martiribus
parcendo confessoribus. 20

Presta pater per filium,
per spiritum propitium,
vt Theodardi meritis
seruemur ab illicitis. Amen.

XLVI. AD HONOREM CONDITORIS.

MATERNI CONFESSORIS.

AD honorem conditoris,
cui viuunt omnia,
diem magni confessoris
celebret ecclesia,
in quo cursus et laboris 5
est adeptus premia.

Primum hic preordinatus
diuina clementia,
ad Germanos destinatus
Petri prouidentia, 10
vnus fuit sociatus
predicandi gratia.

Qui insistens votis plenis
sermonis officio,
pregrauatus mortis penis 15
raptus est in medio
et diebus quaterdenis
terre tentus gremio.

Sed a morte suscitatus
sacro Petri baculo, 20
est tot annis presul datus,
quem conuertit, populo,
quot diebus hic humatus
fuerat in tumulo.

Tandem, cursu consummato, 25
corpus a Tongrensibus
expetitum planctu grato
et Coloniensibus,
Reno sursum obliquato
datur Treuerensibus. 30

Serue dei preelecte,
tua per suffragia,
o Materne, deum flecte,
impetrata venia,
nos salutis vt perfecte 35
consequamur gaudia. Amen.

XLVII. REMIGIUS PRÆSUL, MERITIS ORTUQUE VENUSTUS.

REMIGII EPISCOPI.

Remigius presul, meritis ortuque venustus,
Francorum domino gentem peperit luculentam,
Remedium prestans magnum precibus miserorum
hic, membris redolendo sacris, pius ac venerandus;
Subueniat nunc magnificus nostris quoque votis, 5
eterne patrie ciues fore quo mereamur.
Deo patri atque nato laus cum sancto flatu sit
semper per infinita seculorum secula. Amen.

XLVIII. AVE, CÆLESTIS LAUDEMUS CONSULEM.

DE SANCTO RUMOLDO HYMNUS.


Ave, celestis laudemus consulem
dilectum Christi Rumoldum presulem,
quem dei nutu felix Machlinia fouit exulem.

In qua defunctum orans suscitauit,
quam operibus sanctis decorauit 5
et eum, fuso cruore proprio, sanctificauit.

Vbi martyris corpus reconditur,
supplicantium languor repellitur,
si languen|tium pia deuotio fide nititur.

Laudemus ergo cum iocunditate 10
virum preclarum mira sanctitate,

vt cum eodem perhenni fruamur solennitate.
Prestet hoc nobis beata trinitas
et indiuidua eiusdem vnitas,
vt sempiterna nobis paradisi detur claritas. 15

XLIX. HYMNUS LAUDIS DECANTETUR.

HUBERTI CONFESSORIS HYMNUS.

HYmnus laudis decantetur
Christo, regi glorie,
ei nostre presentetur
organum melodie,
quem Hubertus intuetur 5
reuelata facie.

Secli pompam abdicauit
Lamberti consilio,
se diuino dedicauit
Hubertus obsequio 10
ac in Christi vigilauit
sedulus officio.

Post Lamberti martirium,
preclari pontificis,
insignitur per Sergium 15
infulis magnificis
fitque pastor Tongrensium
visibus angelicis.

Plebi sue predicauit
spem superne glorie, 20
quam dominus preparauit
heredibus gratie:
sic subditos informauit
verbo sapientie.

Hunc patronum attolamus 25
per laudum preconia,
ei grata studeamus
offere seruitia,
vt adesse sentiamus
sua nobis premia. 30

Deo patri sit potestas,
filio prudentia,
coequalis sit maiestas
paraclyto pro gratia,
qui confortat mentes mestas 35
perhenni leticia.

L. GAUDE, SACRATA MERITIS.

ANDREÆ APOSTOLI HYMNUS.


Aude, sacrata meritis
Andree tellus incliti,
festa reuoluens annua,
quis pecijt celestia.

Ortus israelitica 5
de gente, legi subdita,
qua patriarche splendidi
fulserunt et prophetici.

Germanus et clauigeri
aule celestis extitit, 10
carnali tam propagine
quam passionis genere.

Patras hic sane opido
diuo degens suffragio,
vrbem sanauit languidam
salutem ferens profluam.

Quaterdenos exanimes
eiectos maris fluctibus,
exceptos mortis faucibus,
vite donauit vsibus.

Egea sed proconsule
furente contra dominum
crucis tulit suspendium,
reddidit celo spiritum.

Laus, decus, | pax et gloria
dicatur ab ecclesia,
sit trinitati vnice
constans eterno federe. Amen.

LI. IESU, FLOS MATRIS VIRGINIS.

GERTRUDIS VIRGINIS HYMNUS.

IEsu, flos matris virginis,
votis faueto supplicis
hymnizantis tibi gregis
Gertrudis festo virginis.

Contempsit tui gratia
collum prebentis basia,
mallens celi theoricam
vitam sequi quam practicam.

Hanc matrem sensit pupillus,
inops, egens et languidus,
pedem claudis, lumen cecis,
vitam prebentem mortuis.

Cuius, precamur, precibus
nos solue nexu criminis,
quo, cum iudex adueneris,
agni iungamur dexteris.

Nunc te rogat pupillus,
Gertrudis virgo, grex tuus,
suffrageris quo precibus
votisque, laudes fundimus.

Trine monadi gloria
sit perpes, pangant omnia,
simploque semper triplici
laus, decus, virtus parali. Amen.

LII. VENEREMUR SOLLENNITER.

GERTRUDIS VIRGINIS AD MATUTINAS HYMNUS.


Eneremur solemniter
auctorem pudicicie,
Christum, qui mirabiliter
dona largitur gratie.

Cuius fulta presidio
Gertrudis, virgo regia,
victo mundi naufragio,
peruenit ad perhennia.

Hec generis fastigia
sacris transcendit moribus,
anhelans ab infantia
redimiri virtutibus.

Nati ducis Austrasie
votis restat viriliter,
spondens se regi glorie
adhesuram perhenniter.

Hinc sacrati velaminis
suscipiens insignia,
gradatim ad re'giminis
prouehitur officia.

Sic, dignitate predita,
virtutum auxit opera, 20
cuius Christus per merita
nostra relaxet crimina.

Patri natoque pariter 25
sit decus, laus et gloria,
cum spiritu, qui iugiter
regit, gubernat omnia. Amen.

LIII. HYMNISEMUS REGI CHRISTO.

MARIÆ ÆGYPTIACÆ.

HYmnisemus regi Christo,
qui eduxit ex Egipto
Mariam forti brachio:
miretur omnis natio.

Procedit sexus fragilis, 5
ad pugnandum inabilis,
intrat secretam heremum,
celeste spectat premium.

Victa prius ab hostibus,
tandem, resumptis viribus, 10
fugit aspectus hominum,
vires conculcat demonum.

Vocem spernit exactoris,
iussa complet saluatoris,
cuius bibendo calicem 15
virtutum scandit apicem.

Magnum plane miraculum,
gloriosum spectaculum!
per charitatem geminam
sic triumphare feminam. 20

Hostem prosternit triplicem,
palmam gestat multiplicem,
stolam meretur duplicem,
victrix iam tenet simplicem.

Trinitati sit gloria, 25
cuius est hec victoria,
honor, decus, imperium
et nunc et in perpetuum.

LIV. CHRISTE, SANCTORUM DECUS ATQUE VIRTUS.

DE SANCTO BENEDICTO.

CHriste, sanctorum decus atque virtus,
vita et forma, via, lux et autor,
supplicum vota pariterque hymnum
suscipe clemens.

Qui tuum dudum Benedictum mire 5
ad te attrahens segregasti mundo,
vt probra mundi reprobare discens
te sequeretur.

Cuius deuotum animum tueris,
gratia prestans fidei valere, 10
qua valens mira precibus peregit
mente fideli.

Dehinc extendens pedem in remotis,
ardua scandens, cruciari malens,

corporis artus iuuenilis ardens
amore casto.
Gloriam patri resonemus omnes 15
et tibi compar vtriusque semper
spiritus alme deus vnus omni
tempore secli. 20

LV. IMBUIT POSTHINC HOMINES BEATOS.
DE SANCTO BENEDICTO.

IMbuit posthinc homines beatos
regulis artis animos retundi
et iugo semper domini polorum
subdere colla.
Ex quibus Maurus, sedulus minister, 5
obsequens patri latice lauatum
gurgite fontis puerum retractum
. . . .
Huius, o Christe, meritis, precamur,
(vt) arceas iram, tribuas fauorem, 10
gratiam prestans veniamque nobis
mitis ad omnes.

Prebe, oramus, deus, alme rector,
vt fides nostra vicijs resistat
atque virtutum studijs ministret 15
pectore puro.

Gloriam patri resonemus omnes
et tibi compar vtriusque semper
spiritus alme deus vnus omni
tempore secli. 20

LVI. DICAMUS OMNES CERNUI.

DIcamus omnes cernui
clamemus atque singuli,
ploremus ante iudicem,
flectamus iram vindicem.
Nostris malis offendimus 5
tuam, deus, clementiam,
effunde nobis desuper,
remissor, indulgentiam.
Memento, quod sumus tui,
licet caduci plasmatis, 10
ne des honorem nominis
tui, precamur, alteri.
Laxa malum, quod gessimus,
auge bonum, quod poscimus,
placere quod tandem tibi 15
possimus hic et perpetim.

LVII. IN MARIAM, VITÆ VIAM.
DE VISITATIONE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

IN Mariam,
vite viam,
matrem veram viuentium,
pie venit,
qui redemit 5
peccata delinquentium.
Gressum cepit
dum concepit,

Maria multum properans
visitauit,
confortauit
Elizabeth conpatiens.

Salutatur,
inflammatur
Elizabeth et filius,
inaudita
fiunt ita
de dono sancti spiritus.

Impregnata,
grauidata
fit mater olim sterilis,
infans datus,
nondum natus
exultat Christo iubilis.

Seruit maior,
gaudet minor,
Maria fert solatium
visitatis,
preparatis
ad spiritum propheticum.

Precursorem
et doctorem
Maria manu indicat,
qui rectorem,
purgatorem
digito mundi nunciat.

Leua gregem,
duc ad regem,
Maria, cunctos visitans,
vt saluetur
et letetur,
cum tu sis mater medians.

LVIII. SOLLEMNIS DIES ADVENIT.

DE IOANNE APOSTOLO ET EVANGELISTA.

Olemnis dies aduenit,
qua uirgo celum petijt,
euangelista maximus
Iohannes et apostolus.

Hinc vota laudis soluere
et hymnum gestit promere
caterua nostri ordinis
honore tanti celebris.

Quem sacro super pectore
tuo facis recumbere
vltima (in) cena domini,
quam patereris pridie.


Cui matrem tali federe
mortis coniungis tempore,
vt nouerint se colere
matris ac prolis nomine.

Qui, carne solo positus,
mente polo contiguus
verbum inedicibile
cordis conspexit lumine.

Cuius prece assidua
ut nostra soluas crimina,
e celo donans premia,
voce precamur cernua.

Sursum erectis cordibus,
versis in terram vultibus
in trinitatis nomine
te adoramus, kyrie. Amen.

LIX. EN, GRATULEMUR SPIRITU.
DE SANCTO MARTINO.


N, gratulemur spiritu
voti colentes debita
hec festa, que solemnibus
Martinus ornat gaudijs.

Tu supple, Christe, quod minus 5
vis nostra languens efficit,
tu da quietos temporum
nobis dies presentium.

Martinus autem preuius
fac vt sit horis omnibus, 10
ne demonum fallacia
pes noster impactus ruat.

Hic arma nobis celica
instante pugna conferat,
hoc preliante cominus 15
hostis fugetur noxius.

Hic nos per vndas seculi
clauo gubernet prospero,
ne forte nostram spumea
puppim charybdis sorbeat. 20

Hic nos triumpho nobili
et laureatos mystice
aptet tuis conspectibus,
iunctos supernis ciuibus.

LX. HYMNUM CANAMUS GRATIÆ.
DE SANCTO LAMBERTO.


Ymnum canamus gratie
Christo, qui est rex glorie,
et martyris victoriam
ducamus ad memoriam.

Assunt sacra solemnia, 5
quibus docet ecclesia,
qua sit virtute preditus
Lambertus, martyr inclytus.

Inuictus in certamine,
athleta Christi nomine 10
fidem sinceram tenuit
et charitate micuit.

Crimen Pippini prohibens,
curam sol|lerter adhibens
incestas damnat nuptias, 15
vere saluti noxias.

Hinc vt sumatur vnctio,
presul datur supplicio,
penam suffert alacriter,
quam placat causa iugiter. 20

LXI. LAUDIBUS VIRGO NIMIS EFFERENDA.
DE S. KATHERINA. AD MATUTINAS.


Audibus, virgo, nimis efferenda
iure censeris, quoniam triumphos
ipsa celorum probitate mira
nacta refulges.

Premium sancte tamen ipsa vite 5
et simul munus probitatis alme
accipis celo cumulata cunctis

denique rebus.
Tu grauem sacris meritis refertum
orbis exemplar pietate plenum 10
predicatorum venerata patrem
ordine fulges.

Nulla iam rerum placuit voluptas,
nullus ornatus nitor, ecce, nullus
corporis, semper fugiens iniqua 15
crimina vite.

Sepius corpus domitans acerbe,
quam pie flagris cruor hinc et inde
fluxerat riuis hominumque demum
crimina flebas, 20

Qui per ingentes variosque casus
orbe terrarum cruciantur omnes
quotquot vel curis agitantur ipsi
vndique diris.

Supetent nobis totidem canenda, 25
si tue laudes repetantur omnes,
tu quidem longe pietate cunctis
inclyta prestas.

Gratias summas habeamus omnes
filio magno genitoris almo 30
spiritus sanctus veneretur et sit
laus tamen vna. Amen.

LXII. IN TRANSLATIONE BEATI THOMÆ DE AQUINO.

IN PRIMIS VESPERIS SUPER PSALMIS ANTIPHONA



O Quam felix mater Italia,
noui solis enixa radium,
o quam diues effecta Gallia,
solis huius adepta pallium,
o Tholosa, festa magnalia 5
tibi reddunt perenne gaudium.

UT INFRA IX HYMNUS

Superna mater inclyta.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Nóua tibi, mater ecclesia,
geminatur causa leticie;
cuius olim leta preludia
destinata superne curie,
nunc per orbem clara prodigia 35
dignum promunt celestis glorie.

AD MATUTINUM INUITATIO

Letetur plebs fidelium
exultans nouo iubilo,
Thomas ad patris gremium
relicto redit tumulo. 40

HYMNUS

Iubar celorum prodiens.

IN NOCTURNAM ANTIPHONA

Iam dudum lux abscondita 65
fulget expansis radijs
et gemma terre condita
effertur cum prodigijs.

ANTIPHONA

Corpus, quod diu latuit
in Terracine loculo, 70
mirandis signis claruit
post in Tholose patulo.

ANTIPHONA

Occurunt sacro corpori
clerus et turbe populi,

congaudent tanto muneri
cuncti: grandes et paruuli. 75

RESPONSORIUM

Ecce, nouus fons hortorum,
diu terre conditus,
fit augmentum fluuiorum
rigans orbem celitus: 80
Hic est Thomas, lux doctorum,
instructus diuinitus.

VERSUS

Hic est potus Hebreorum,
imber clausus hic celorum
sub Helia redditus. 85
Hic est Thomas, lux doctorum
instructus diuinitus.

RESPONSORIUM

Gaudet sacra religio,
que spoliata caruit
prius (in) thesauro proprio 90
dum doctoris, quem aluit
et perfecit in studio,
Nuper ossa rehabuit.

VERSUS

Restituta de primo tumulo
et recepta cum cordis iubilo 95
Nuper ossa rehabuit.

RESPONSORIUM

Corpus datur in festo corporis
Christi, cuius grande mysterium
reserauit occultum ceteris
et dictauit scribens officium 100
Dono doctor diuini muneris.

VERSUS

Nam per Vrbanum opus indicitur
et per Vrbanum ordini redditur.
Dono doctor diuini muneris.
Gloria! 105
Dono doctor diuini muneris.

IN II. NOCTURNA ANTIPHONA

Celum hunc glorificat
Christo iam fruentem,
quem terra mirificat
signis affluentem. 110

ANTIPHONA

Matri vite iam ereptum
viuum reddit filium
et inter hostes protectum
tutum seruat deuium.

ANTIPHONA

De viui dispendio 115
iuuat inuocantem,
damnatum suspendio
saluat implorantem.

RESPONSORIUM

Corpus sacrum dum terre tollitur
fratris mentem propulsat dubium, 120
sed mox ei verum asseritur
per doctoris patens alloquium;
Nam hoc corpus, quod vobis redditur,
vestri, inquit, est Thome proprium.

VERSUS

Doctor astans fratrem alloquitur 125
et oranti res certa panditur;
Nam hoc corpus, quod vobis redditur
vestri, inquit, est Thome proprium.

RESPONSORIUM

Languens presul in egro corpore

mox, auditis letis exequijs, 130
votum promit ex imo pectore
affuturum sacris solemnijs
Spe constanti de sancti munere.

VERSUS

Hic salutis potitus gaudijs
se commendat eius presidijs 135
Spe constanti de sancti munere.

RESPONSORIUM

Puritatis vas decorum,
nihil sordis patitur.
presul clarus, fama morum,
sanctum ferens labitur 140
mersus luto. Iudeorum
nil inde relinquitur.

VERSUS

Sacris tamen vestibus
manibus ac pedibus
totus ceno figitur. 145
Iudeorum nil inde relinquitur!
Gloria!
Iudeorum nil inde relinquitur!

IN III. NOCTURNA ANTIPHONA

Seruat ab incursibus
virum cum iumentis, 150
liberat a febribus
vitam morientis.

ANTIPHONA

Morbum, famem, prelium
miles impetrauit,
Thome per auxilium 155
vouens vt optauit.

ANTIPHONA

Rediuiuum reddit equum
hero supplicanti,
quemque surdum, cecum, mutum
curat virtus sancti. 160

RESPONSORIUM

Laboranti sub mole carceris
ac petenti Thome subsidia
adest sponso diuini muneris,
doctor ferens grata presidia,
Miseratus horrendi sceleris. 165

VERSUS

Hunc subuectum in vestis fimbria
longintractu portans itineris
coram domo deponit propria,
Miseratus horrendi sceleris.

RESPONSORIUM

O doctoris mira potentia, 170
que in vitam mutat interitum,
corporisque sancta presentia
ex obsessa depellit spiritum,
Restituta forme decentia.

VERSUS

Uite spectans vtriusque exitum, 175
implorata sancta clementia
statim sensit salutis reditum,
Restituta forme decentia.

RESPONSORIUM

Ioseph, duplex doctorum gloria,
signis velut presignat vatibus 180
mulieris acta victoria,
Ossa sancta legata fratribus
Tholoseque delata partibus.

VERSUS

Sume felix grata occauia

destinata tibi encenia. 185
Ossa sancta legata fratribus
Tholoseque delata partibus.
Gloria!
Ossa sancta legata fratribus
Tholoseque delata partibus. 190

VERSUS

Ora pro nobis.

IN LAUDEM ANTIPHONA

Sacrum corpus nouiter
Christus decorauit,
cuius mente iugiter
dominus regnauit. 195

ANTIPHONA

Dies est leticie
de Thome tropheo;
celestes militie,
iubilate deo.

ANTIPHONA

Ad te de luce vigilat 200
doctor Nazareus,
qui nunc in celis iubilat:
deus, deus meus.

ANTIPHONA

Celo doctor fruitur,
acto uite tramite, 205
qui tam digne colitur,
deo benedicite.

ANTIPHONA

Fulget in celestibus
dei claritate,
fragrat hic virtutibus, 210
dominum laudate.

IN VESPERIS HYMNUS

Aurora pulchra rutilans.

AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

De iacente virtus crescit,
de sepulto gloria,
de iacente lux diescit,
de dato letitia, 240
corpus sacrum dum notescit
mira dans prodigia.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

O splendor Italie,
nobilis propago,
deitatis regie 245
instar et imago,
virtutis eximie
culmen et indago,
nobis spem fer venie,
tu morum compago. 250

LXIII. IN FESTO BEATI PETRI MARTYRIS.

AD VESPERAS ANTIPHONA

COlletetur turba fidelium
triumphantis athlete gaudio,
qui conseruans pudoris lilium
et choruscans doctrine radio,
dum pro | fide subit martyrium 5
trino felix potitur brauio. Alleluia!

HYMNUS

Magne dies letitie.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

O Petre, martyr inclyte,
predicatorum gloria,

virginitate predite,
verbo, signis et gratia,
concessa nobis solite 35
pietatis clementia,
transacto mundi tramite,
transfer nos ad celestia. Alleluia!

AD MATUTINUM INUITATIO

Celestis exercitus
regem adoremus 40
Et pro palma militis
eius iubilemus. Alleluia!

HYMNUS

Adest triumphus nobilis.

IN NOCTURNAM ANTIPHONA

De fumo lumen oritur
et rose flos de sentibus,
doctor et martyr nascitur,
Petrus, de infidelibus. Alleluia! 70

ANTIPHONA

Predicatorum ordinis
militans in acie,
nunc coniunctus est agmini
celestis militie. Alleluia!

ANTIPHONA

Mens fuit angelica, 75
lingua fructuosa,
vita apostolica,
mors quam preciosa! Alleluia!

RESPONSORIUM

O Petre, sydus aureum,
summi vas honoris, 80
candorem seruas niueum
dono creatoris,
Decus habens virgineum
in supernis choris. Alleluia!

VERSUS

Tu speculum mundicie, 85
tu custos innocentie,
tu sancti flos pudoris:
Decus habens virgineum
in supernis choris. Alleluia!

RESPONSORIUM

Predicator feruidus, 90
fidei zelator,
circuit intrepidus
heresum damnator,
vitiorum rigidus
semper expurgator, 95
Ueritatis lucidus
doctor et amator. Alleluia!

VERSUS

Uerbo, vita predicat,
signis crebris emicat
legis emulator, 100
Ueritatis lucidus
doctor et amator. Alleluia!

RESPONSORIUM

Dum Sansonijs vulpes querit
ab iniquis emitur,
caput sacrum lictor | ferit, 105
iusti sanguis funditur:
Sic triumphi palmam gerit,
dum pro fide moritur. Alleluia!

VERSUS

Stat inuictus pugil, fortis
constans, profert hora mortis 110
fidem, pro qua patitur.

Sic triumphi palmam gerit,
dum pro fide moritur. Gloria. Alleluia!

IN LAUDIBUS ANTIPHONA

Petrus, nouus incola,
celos laureatus 115
ascendit, aureola
triplici dotatus. Alleluia!

ANTIPHONA

Turbe currunt languentium,
signa coruscant varia
et in Petri preconium 120
crebra crescunt prodigia. Alleluia!

ANTIPHONA

Bolus digne suffocat
gutur detrahentis,
sed mox ipsum reuocat
dotum penitentis. Alleluia! 125

ANTIPHONA

Motu, sensu corporis
iuuenis priuatur,
tactu sacri pulueris
vite restauratur. Alleluia!

ANTIPHONA

Ad sancti Petri tumulum 130
frequens lux descendit,
in cuius laudis titulum
lampades accendit. Alleluia!

HYMNUS

Exultet claro sydere.

AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

Summa pollens Petrus mundicia
et prefulgens doctrine gratia
martyrij clarus victoria 160
trine fulget corone gloria. Alleluia!

AD VESPERAS HYMNI VERSUS VT IN PRIMIS VESPERIS.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

O martyr egregie,
doctor veritatis,
puritatis vasculum,
norma sanctitatis, 165
tua per suffragia
veniam peccatis
et vitam in gloria
presta cum beatis. Alleluia!

LXIV. DIEM NOVÆ LAUDIS ET GLORIÆ.

IN FESTO SANCTI VINCENTII CONFESSORIS.

AD VESPERAS SUP. PSAL. ANTIPHONA


Iem noue laudis et glorie
letum ducat cetus fidelium,
quo sublime decus Hesperie,
gratulante turba celestium,
a principe superne glorie 5
bine sumpsit corone premium.

RESPONSORIUM

Quatuor vecta rotis agitur
mirabilis quadriga domini,
Vincentius cum Christo iungitur
trino predicatorum cardini, 10
quorum virtute fides tegitur,
diuino sit pia laus nomini.

HYMNUS

Mente iocunda iubilent fideles.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Qui, prophetico fretus lumine,

mira de mundi fine docuit, 50
in occiduo terre cardine
vt sol Vincentius occubuit
et, septus angelorum agmine,
lucidas celi sedes tenuit.

AD MATUTINUM HYMNUS

Lumen in terris populi fidelis. 55

IN I NOCTURNO ANTIPHONA

Attentam matrem reddidit
latrans in ventre catulus,
ut quereret, quem edidit, 85
qualis esset infantulus.

ANTIPHONA

Vincentij sublimitas,
que fit futuro tempore,
matris monstrat agilitas
roburque datum corpori. 90

ANTIPHONA

Religionem inclytam,
postquam subit Dominici
virtutem sibi prestitam,
laude monstrat multiplici.

RESPONSORIUM

Summus parens ac rector gentium 95
in vespere labentis seculi
nouum vatem misit Vincentium
christiani magistrum populi:
refert instare dei iudicium,
Quod spectabunt cunctorum oculi. 100

VERSUS

Timete deum, clamat sepius,
venit hora iudicij eius,
Quod spectabunt cunctorum oculi.

RESPONSORIUM

In vrbe nobili Valentie
generosis ortus natalibus 105
sincere puer innocentie
ingenuis prepollet moribus
nature pariter et gratie,
Optimis affluens muneribus.

VERSUS

Sub toga regulari candida 110
vita cepit florere splendida,
Optimis affluens muneribus.

RESPONSORIUM

Christi viam secutus arduam
a terrenis procul illecebris,
veritatem reddit conspicuam, 115
profugatis errorum tenebris,
oram illuminat occiduam,
Toto factus in orbe celebris.

VERSUS

Cuius doctrina sole gratior,
sermo erat flammis ardentior: 120
Toto factus,
Gloria!
In orbe celebris.

IN II NOCTURNO ANTIPHONA

Imitans exercitia
ducis eius mirifici, 125
purgauit mundi vitia
dono verbi saluifici.

ANTIPHONA

Bellauit cum victoria
vincens mundana gaudia,
hinc summa celi curia 130
eum cepit cum gloria.

ANTIPHONA

Emittebat vberrimas
sepe plorando lachrymas,

Christi mortem considerans
eiusque corpus consecrans. 135

RESPONSORIUM

Nocte, sacris incumbens litteris,
contemplatur vigil in studio,
mane pulchri ad instar syderis
miro lucet doctrine radio,
Morbos omnis vespere generis 140
salutari pellens remedio.

VERSUS

Nulla preterit hora temporis,
quo non recti quid agat operis:
Morbos omnis vespere generis
salutari pellens remedio. 145

RESPONSORIUM

Uerba perennis vite proferens,
animos inflammat astantium,
pectoribus humanis inserens
amorem domorum celestium,
de virtutibus alias disserens, 150
Frenare docet omne vitium.

VERSUS

Illum auida turba sequitur,
dum hec ore diuino loquitur,
Frenare | docet omne vitium.

RESPONSORIUM

Quatuor vecta rotis agitur 155
mirabilis quadriga domini,
Vincentius cum Christo iungitur
trino predicatorum cardini,
Quorum virtute fides tegitur,
Diuino sit pia laus nomini! 160

VERSUS

Ducunt hi redam euangelij,
velut equi fortes et varij,
Quorum virtute fides tegitur.
Gloria!
Diuino sit pia laus nomini! 165

IN III NOCTURNO ANTIPHONA

Laude digna Valentia
ipsum mortalem edidit,
sed felix hunc Britania
regno celorum reddidit.

ANTIPHONA

Honores omnes renuit 170
pro Christi sacro nomine,
mentem constantem tenuit
sacro rigatus flammine.

ANTIPHONA

In Christum semper retulit,
quidquid fecit, dum viueret, 175
se a terrenis abstulit,
vt celum tandem scanderet.

RESPONSORIUM

Res agitur digna spectaculo,
ab ignotis quando vectoribus
allatos panes tradidit populo 180
degenti secum in nemoribus,
qui sepe stupet, hausto poculo,
Non consumptis vini liquoribus.

VERSUS

Tunc exultant virorum milia,
dum intuentur viri magnalia: 185
Non consumptis vini liquoribus.

RESPONSORIUM

Vincentium, doctorem inclytum,
cum decore semper et gloria
sanctitate illustri preditum,
veneratur omnis Hesperia, 190
cuius celsum monstratur meritum

In tumuli sacra memoria.

VERSUS

Hinc mirifica signa prodeunt,
nam ad vitam defuncti redeunt:
In tumuli sacra memoria. 195

RESPONSORIUM

Predicator, o (Vincenti) doctor maxime,
quem angelorum cum ordinibus
triumphantem felices anime
prosequuntur iocundis laudibus,
Te lauree coronant plurime 200
Sublimem in regnis celestibus.

VERSUS

Tu Christi potens gratia,
nos tuis foue precibus,
quem ascripsit ecclesia
nuper sanctorum cetibus: 205
Te lauree coronant plurime
Gloria!
Sublimem in regnis celestibis.

IN LAUDES ANTIPHONA

Festina vox psallentium
collaudet regem glorie, 210
qui cum sanctis Vincentium
glorificauit hodie.

ANTIPHONA

Erat vir euangelicus
Christi preco, cum predicat,
dux illius Dominicus 215
in terris ipsum visitat.

ANTIPHONA

Candens virgo diuinitus
hostem pellit ab obsessis,
cunctis viuens humanitus
salutem reddit oppressis. 220

ANTIPHONA

Infantulus laceratur
mox matris per excidium,
vite alter restauratur,
quem clausit precipitium.

ANTIPHONA

Tunc sub patente specie 225
angelorum exercitus
odor portentum gratie
conuenit hora transitus.

HYMNUS

Magne Vincenti, noua lux Olympi.

AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

Cuius . . . syncera puritas
virginali candore nituit,
salutaris doctrine veritas
predicando vbique claruit; 260
geminam illi summa bonitas
pro meritis coronam tribuit.

IN SECUNDIS VESPERIS. AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Gloriose pater, o Vincenti,
cui arcem scandenti | polorum
cum honore obuius ingenti 265
plaudens venit chorus angelorum
canentes te duc laude frequenti
ad amena regna beatorum.

PER OCTAVAS AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

Peruigil Christi nuncius,
vocans ad lucis opera 270
ad fruenda Vincentius
nos ducat vite munera.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Adsit nobis propitius
in huius vite vespere,
ad Christum nos Vincentius 275
tuto ferens itinere.

LXV. FELIX THOMAS DOCTOR ECCLESIÆ.

IN FESTO SANCTI THOMÆ DE AQUINO.

IN PRIMIS VESPERIS SUPER PSALMUM ANTIPHONA.

FElix Thomas, doctor ecclesie,
lumen mundi, splendor Italie,
candens virgo flore mundicie,
bina gaudet corona glorie.

IX HYMNUS

Exultet mentis iubilo. 5

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Scandit doctor, ciuis celestium, 25
orbis decor, lux, dux fidelium,
norma, limes, lex morum omnium,
vas virtutum ad vite brauium.

AD MATUTINUM INUITATIO

Assunt doctoris celici
Thome festa solemnia, 30
deuotione supplici
laudes promat ecclesia.

HYMNUS

Thomas insignis genere.

IN PRIMO NOCTURNO ANTIPHONA

Doctor Thomas, repletus gratia,
premonstratus sacris oraculis,
mundi carnis hostisque vitia 55
fugat exemplar datus seculis.

ANTIPHONA

Mentis innocentia
flosque puritatis
extiterunt preuia
luci veritatis. 60

ANTIPHONA

Ope doctoris celici
tota gaudet ecclesia,
fulget ordo Dominici
peculiari gloria.

RESPONSORIUM

Sancti viri verbum propheticum 65
premonstrauit mundo mirificum
sanctum Thomam, doctorem celicum,
Sectaturum | sanctum Dominicum.

VERSUS

Nam vir sanctus hunc matri grauide
ducem prompsit doctrine lucide, 70
Sectaturum sanctum Dominicum.

RESPONSORIUM

Christi pia tractus dulcedine,
mundi linquens probatur turbine,
Pugil fortis, raptus de ordine,
vicit prorsus, pulsa libidine. 75

VERSUS

Orat pressa cruce mirifica,
renes cingit manus angelica,
Pugil fortis, raptus de ordine,
vicit prorsus, pulsa libidine.

RESPONSORIUM

O anima sanctissima, 80

qua contemplante dulciter
corpus linquebat infima,
Stans sursum mirabiliter.

VERSUS

Nullo prorsus fultus | subsidio
leuabatur in raptus gaudio, 85
Stans sursum mirabiliter,
Gloria!
Stans sursum mirabiliter.

IN II NOCTURNO ANTIPHONA

O munus dei gratie,
vincens quoduis miraculum, 90
pestifere superbie
nunquam persensit stimulum.

ANTIPHONA

Prece curat socium
febrem patientem
et in ora vestium 95
sanguine fluentem.

ANTIPHONA

Stella candens emicat
stuporem dans insolitum,
que instantem indicat
beati Thome transitum. 100

RESPONSORIUM

De excelsis fons sapientie
sancto Thome infudit copiam,
tanquam flumen clare scientie,
qui susceptam refundit gratiam,
dum fluentis summe peritie 105
Rigat totam sanctam ecclesiam.

VERSUS

Stilus breuis, grata facundia,
celsa clara firma sententia
Rigat totam sanctam ecclesiam.

RESPONSORIUM

Felix doctor, cuius solatio 110
angelorum seruit attentio,
Petrus Paulus sauent obsequio,
Dei mater mulcet alloquio.

VERSUS

Eleuatus a terra cernitur,
crucifixus ei colloquitur, 115
Dei mater mulcet alloquio.

RESPONSORIUM

Sydus, missum Thome de superis,
nouo signo diuini muneris
Hunc celestem demonstrat ceteris,
Uerbo vite doctrina litteris. 120

VERSUS

Quam excelsus, quem celi predicant!
quam preclarus, quem stelle indicant!
Hunc celestem demonstrat ceteris
Gloria!
Uerbo vite doctrina litteris. 125

IN III NOCTURNO ANTIPHONA

Instante vite termino,
vidit regna celestia
et, reuelante domino,
noluit parata premia.

ANTIPHONA

Seminauit hic largiter 130
doctor virtuosus,
metit illic feliciter
victor gloriosus.

ANTIPHONA

Sydus de nube trahitur,
de feno flos elicitur, 135
adeps de carne tollitur,
dum Thomas celo redditur.

RESPONSORIUM

Scholas Thome Paulus ingreditur,
sacra simul fantur mysteria,
digne tandem per raptum trahitur 140
Vir celestis ad celi premia.

VERSUS

Clamor fratris trinus emittitur:
doctor noster a nobis tollitur,
Vir celestis ad celi premia!

RESPONSORIUM

Beati Thome gloria 145
diuo fulsit miraculo,
dum odoris fragrantia
mira fluxit ex tumulo,
Qui nitens pudicitia
vixit absque piaculo. 150

VERSUS

Hic, speciali gratia
lustrato mentis oculo,
celsa nouit mysteria,
celi doctus oraculo,
Qui nitens pudicitia 155
vixit absque piaculo.

RESPONSORIUM

Sertum gestans cum torque duplici,
cappa gemmis ornata cernitur,
ex monili fulgoris celici
lux emissa mundo diffunditur, 160
Augustinus fratri sic loquitur:

VERSUS

Thomas mihi par est in gloria,
virginali prestans mundicia:
Augustinus fratri sic loquitur.
Gloria! 165

Augustinus fratri sic loquitur.

IN LAUDIBUS ANTIPHONA

Adest dies leticie,
quo Thomas, doctor inclytus,
fit ciuis celi curie
bina corona preditus. 170

ANTIPHONA

Aurum sub terra tegitur
et lucerna sub modio,
sed virtus dei cernitur
miraculorum radio.

ANTIPHONA

Alma mater ecclesia, 175
Christi fundata sanguine,
sceptra conscendit grandia
noui doctoris lumine.

ANTIPHONA

Pressus vi demonij
cito liberatur, 180
raptu mersus fluuij
vite restauratur.

ANTIPHONA

Tumor gule pellitur,
leprosus mundatur,
ceco lumen redditur, 185
claudo gresus datur.

HYMNUS

Lauda mater ecclesia.

AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

Viror carnis flore mundicie, 207
vigor vite fructu iustitie,
splendor verbi dono scientie
te decorant stantem in acie, 210
te coronant in statu glorie.

AD IX. AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Militantis doctor ecclesie,
virginali florens mundicia
triumphantis optata curie
sancti Thome largire gaudia. 215

PER OCTAUAS AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

Collaudetur Christus, rex glorie,
quod per Thomam, lumen ecclesie,
mundum replet doctrina gratie.

VERSUS

Rigans montes.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA


O Thoma, laus et gloria 220
predicatorum ordinis,
nos transfer ad celestia
professor sacri numinis.

VERSUS

Declaratio.

LXVI. IN FESTO CORONÆ DOMINI.

AD MATUTINUM INUITATIO



ADsunt Dominici
serti solennia,
Laude multiplici
plaudat ecclesia. Alleluia!

HYMNUS

Eterno regi glorie. 5

IN NOCTURNO SUPER PSALMUM ANTIPHONA

Christum sub serto spineo
deridet plebs perfidie, 30
cuius corone roseo
sertum confertur glorie. Alleluia!

RESPONSORIUM

Spina carens flos spina pungitur,
per quam culpe spina confringitur,
Spina mortis spinis retonditur, 35
dum vita moritur. Alleluia!

VERSUS

Per hoc ludibrium hostis deluditur,
mortis dominium per mortem tollitur.
Spina mortis spinis retonditur,
dum vita moritur. Alleluia! 40

RESPONSORIUM

Coronat regem omnium
Iudea serto spineo,
stat inter spinas lilium
vernans cruore roseo.
Spinarum culpe nescium 45
spine pungunt aculeo. Alleluia!

VERSUS

Sub decore fulget purpureo
corpus, nitens candore niueo,
Spinarum culpe nescium,
spine pungunt aculeo. Alleluia! 50

RESPONSORIUM

Felix spina, cuius aculei
guttis rubent roris sanguinei,
Uires frangunt regis tartarei
seras, pandunt regni syderei. Alleluia!

VERSUS

O spinarum inmensa gloria, 55
que tot nobis prestant remedia!
Uires frangunt regis tartarei
seras, pandunt regni syderei.

Gloria.
Alleluia! 60

VERSUS

Plectentes coronam de spinis. Alleluia!

RESPONSORIUM

Posuerunt super caput domini. Alleluia!

IN LAUDIBUS ANTIPHONA

Adest dies letitie,
qua diadema spineum
conmendatur memorie 65
Christi cruore roseum. Alleluia!

ANTIPHONA

Summum regem glorie,
spinis coronatum,
ridet plebs perfidie
morte condemnatum. Alleluia! 70

ANTIPHONA

O quam felix punctio,
quam beata spina,
de qua fluit vnctio,
mundi medicina. Alleluia!

ANTIPHONA

Pungens spina vulnerat 75
Christum patientem
et a morte liberat
populum credentem. Alleluia!

ANTIPHONA

Spine rubent sanguine
Chri|stum cruentantes, 80
mundum lauant crimine
celum reserantes. Alleluia!

HYMNUS

Lauda fidelis concio.

AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

Aue, spina, pene remedium,
serui decus, regis opprobrium;
tua plaga, dolor, ludibrium
vite nobis mercantur premium. Allelu- [ia!

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

O decus glorie,
gloriosa spina,
sertum regis glorie,
mundi medicina,
presentis angustie 115
dulcor et resina,
collaudantes hodie
serues a ruina. Alleluia!

LXVII. IN TRANSLATIONE BEATI DOMINICI.

AD VESPERAS ANTIPHONA

ADest dies letitie,
quo beatum Dominicum
exaltauit rex glorie
per odorem mirificum. Alleluia!

CANTANTUR HYMNI VERSUS SICUT IN FESTO IPSIUS.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Magnificat Dominicum 5
Christus nouo miraculo,
dum odorem mirificum
eius profert ex tumulo. Alleluia!

AD MATUTINUM INUITATIO

Adsunt Dominici
leta solennia, 10
Laude multiplici
plaudat ecclesia. Alleluia!

IN NOCTURNO ANTIPHONA

Preco nouus et celicus,
missus in fine seculi,
pauper fulsit Dominicus, 15
forma preuisus catuli. Alleluia!

ANTIPHONA

Florem pudicitie
seruans illibatum
attingit eximie
vite celibatum. Alleluia! 20

ANTIPHONA

Documentis artium
eruditus satis,
transiit ad studium
summe veritatis. Alleluia!

RESPONSORIUM

Fulget decus ecclesie 25
nouo clarum prodigio,
lucerna splendet hodie,
diu latens sub modio,
Quam odore rex glorie
reuelauit eximio. Alleluia! 30

VERSUS

O mira suauitas
inaudite fragrantie,
per quam patris dignitas
declaratur ecclesie,
Quam odore rex glorie 35
reuelauit eximio. Alleluia!

RESPONSORIUM

Uirgo pugil Christi, virtutum forma fuisti,
verbo fulsisti, dum transferri meruisti:
Fragrat odor, dulces cantant celi agmina laudes. Alleluia!

VERSUS

Regna tuis pande celi, doctor venerande: 40
Fragrat odor, dulces cantant celi agmina laudes. Alleluia!

RESPONSORIUM

In odoris mira fragrantia
populorum currit frequentia,
Ubi passim Christi clementia
Sana reddit membra languentia. Alleluia! 45

VERSUS

Sydus, quondam oppressum nebula,
veri solis pandunt miracula,
Ubi passim Christi clementia
Sana reddit membra languentia.
Gloria! 50
Alleluia!

Quod si festum beati Dominici euenerit post festum trinitatis non repetitur Alleluia, sed repetatur Sana reddit membra, et addantur iste alie sex lectiones, responsoria autem istarum lectionum require in festo eiusdem.

IN LAUDIBUS ANTIPHONA

Gemma sub terra latuit,
despecto iacens loculo,
cuius virtus apparuit
multiplici miraculo. Alleluia! 55

ANTIPHONA

Corpus sacrum, quod fuerat
apotheca charismatum,
vniuersam exuperat
fragrantiam aromatum. Alleluia!

ANTIPHONA

Glebam sacri corporis 60
odor propalauit,

quam neglecti temporis
cursus occultauit. Alleluia!

ANTIPHONA

Tumba mira fragrantia
profundens vim odoris 65
corda reddit ardentia
in laudem saluatoris. Alleluia!

ANTIPHONA

Superans fragrantiam
odor pigmentorum
cumulum et gloriam 70
monstrat premiorum. Alleluia!

AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

O quantus stupor populi,
quanta fratrum letitia,
dum loco sacri tumuli
mira prodit fragrantia; 75
currunt senes et paruuli
ad sancti beneficia. Alleluia!

AD VESPERAS, AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

O speculum mundicie,
carnis carens spurcitia,
tue colentes hodie 80
translationis gaudia
transfer ad regnum glorie
post huius vite stadia. Alleluia!

Cetera omnia sicut in alio festo ipsius.

LXVIII. IN FESTO BEATI DOMINICI.

AD VESPERAS SUPER PSALMUM ANTIPHONA

GAude, felix parens Hispania,
noue prolis dans mundo gaudia,
sed tu magis plaude, Bononia,
tanti patris dotata gloria,
lauda tota mater ecclesia 5
noue laudis agens solennia.

HYMNUS

Gaude, mater ecclesia.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Transit pauper ad regni solium,
dux ad sceptrum, victor ad premium,
mors in vitam, labor in ocium,
presens cedit luctus in gaudium. 30

AD MATUTINUM INUITATIO

Adsunt Dominici
leta solennia,
Laude multiplici
plaudat ecclesia.

HYMNUS

Nouus athleta domini. 35

IN PRIMO NOCTURNO ANTIPHONA

Preco nouus et celicus 55
missus in fine seculi,
pauper fulsit Dominicus
forma preuisus catuli.

ANTIPHONA

Florem pudicitie
seruans illibatum 60
attingit eximie
vite celibatum.

ANTIPHONA

Documentis artium
eruditus satis,
transiit ad studium 65
summe veritatis.

RESPONSORIUM

Mundum vocans ad agni nuptias,
hora cene paterfamilias
seruum mittit, Promittens varias
vite delicias. 70

VERSUS

Ad hoc conuiuium
tam permagnificum
elegit nuncium
sanctum Dominicum,
Promittens varias 75
vite delicias.

RESPONSORIUM

Datum mundo pro mundi gloria
mira Christi presignat gratia,
Cuius ortum precurrunt nuncia
veri presagia. 80

VERSUS

Stella micans in fronte paruuli
nouum iubar premonstrat seculi,
Cuius ortum precurrunt nuncia
veri presagia.

RESPONSORIUM

Uerbum vite dum palam promitur, 85
surgunt hostes, liber ascribitur,
fauent omnes; Sic error vincitur,
Fides extollitur.

VERSUS

Ter in flammas libellus traditus,
ter exiuit illesus penitus: 90
Sic error vincitur,
Gloria!
Fides extollitur.

IN SECUNDO NOCTURNO ANTIPHONA

Sub Augustini regula
mente profecit sedula,
tandem virum canonicum 95
auget in apostolicum.

ANTIPHONA

Agonizans pro Christi nomine
mundum replet diuino semine,
pau'pertatis degens sub tegmine.

ANTIPHONA

Pernox cum Christo proprium 100
non possidebat lectulum,
post lachrymarum fluuium
vix humi dans corpusculum.

RESPONSORIUM

Paupertatis ascendens culmina
clamat mundi detestans crimina, 105
frangit hostes et fugat agmina,
Nulla sanctum frangunt discrimina.

VERSUS

Nocte celi perlustrans limina,
die terris dat verbi semina,
Nulla sanctum frangunt discrimina. 110

RESPONSORIUM

Panis oblatus celitus
fratrum supplet inopiam,
Uiteque natus redditus
matris pellit tristitiam.

VERSUS

Signo crucis obedit pluuia, 115
lingua verba transformat varia,
Uiteque natus redditus
matris pellit tristitiam.

RESPONSORIUM

Granum excussum palea,
nexu soluto luteo, 120
de paupertatis area !

celi locatur horreo,
Cum mercede virginea
Doctorum fulgens cuneo.

VERSUS

Flos in florum virens areola 125
bina gaudet sortis aureola,
Cum mercede virginea
Gloria!
Doctorum fulgens cuneo.

IN TERTIO NOCTURNO ANTIPHONA

Sitiebat seruus Christi martyrium 130
sicut sitit ceruus ad aque fluuium.

ANTIPHONA

Migrans pater filijs
vite firmamentum
paupertatis humilis
condit testamentum. 135

ANTIPHONA

Liber carnis vinculo
celum introiuit,
vbi pleno poculo
gustat, quod sitiuit.

RESPONSORIUM

Felix vitis, de cuius surculo 140
tantum germen redundat seculo,
Celi vinum propinans populo
vitali poculo.

VERSUS

Ex vbertate palmitum
mundi iam cinxit ambitum, 145
Celi vinum propinans populo
vitali poculo.

RESPONSORIUM

Ascendenti de valle lubrici
mundi chori plaudunt angelici:
Iesu bone, prece Dominici 150
tibi, presta, nos gratos effici.

VERSUS

Per quem multos a morte suscitas,
penas nobis relaxa debitas;
Iesu bone, prece Dominici
tibi, presta, nos gratos effici. 155

RESPONSORIUM

O spem miram, quam dedisti
mortis hora te flentibus,
dum post mortem promisisti
te profuturum fratribus;
Imple, pater, quod dixisti, 160
nos tuis iuuans precibus.

VERSUS

Qui tot signis claruisti
in egrorum corporibus,
nobis opem ferens Christi,
egris medere moribus. 165
Imple, pater, quod dixisti,
nos tuis iuuans precibus.
Gloria!
Imple, pater, quod dixisti,
nos tuis iuuans precibus. 170

IN LAUDIBUS ANTIPHONA

Adest dies letitie,
quo beatus Dominicus
aulam celestis curie
ciuis intrat magnificus.

ANTIPHONA

Pauper in peculio, 175
diues vita pura,
paupertatis precio
celi tenet iura.

ANTIPHONA

Scala celi prominens
fratri reuelatur, 180
per quam pater transiens
sursum ferebatur.

ANTIPHONA

Lingua, manu, studio
scalam hanc erexit,
quem virgo cum filio 185
mater sursum vexit.

ANTIPHONA

Fulget in choro virginum
doctor veritatis,
sertum honoris geminum
gerens cum beatis. 200

HYMNUS

Hymnum noue letitie.

AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

Carnis vigor, mentis martyrium,
mundum replens lingue preconium,
pauper Christi, post cursus stadium
vite tibi mercantur premium.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

O lumen ecclesie, 225
doctor veritatis,
rosa patientie,
ebur castitatis,
aquam sapientie
propinasti gratis, 230
predicator gratie,
nos iunge beatis.

Per octauam, quando de ipsis agitur et in octaua die inuitatur sicut in die. Sequentes vero antiphone dicantur quotidie infra octauam ad benedictionem et ad magnificat vel ad memoriam.

AD BENEDICTIONEM ANTIPHONA

Benedictus redemptor omnium,
qui saluti prouidens hominum
mundo dedit sanctum Dominicum. 235

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Magne pater, sancte Dominice,
mortis hora nos tecum suscipe
et hic semper nos pie respice.

LXIX. IN FESTO S. ELISABETH.

AD MATUTINUM INUITATIO

Regi deo iubilantes
laudum per insignia
exultemus venerantes
Elisabeth solennia.

HYMNUS

Gaude, felix Vngaria, 5
gaude de Christi munere,
laudes in voce varia
corde promas et opere.

Elisabeth sanctissima
de te nascendo prodijt, 10
rite detestans infima
celeste regnum petijt.

Tereni regis filia
celesti regi placuit,
electam super milia 15
querens inuenit, tenuit.

Coniuncta celi ciuibus
vite potatur flamine,
diuinis vacans laudibus
lumen vidit in lumine. 20

Sit laus patri cum filio,
sancto simul paraclito,
qui nos purgatos vitio
regno collocet celico. Amen.

SUPER PSALMUM ANTIPHONA

Deo decantent omnia, 25
qui vitam reddit mortuis,
Elisabeth suffragijs
etiam fugat demonia.

RESPONSORIUM

Ista, regis filia,
hec contemptibilia 30
mundi non elegit,
sed seipsa fortior
Seseque sublimior
se sibi subegit.

VERSUS

Spiritum ieiunio, 35
carnem sub cilitio
iugiter castigans
Seseque sublimior
se sibi subegit.

RESPONSORIUM

Ceco nato, cui nec sedes 40
erant oculorum,
Instrumenta lucis dedit
et nature decus redit
per momenta temporum.

VERSUS

Nouum hoc spectaculum 45
idem isti
vetus Christi
renouat miraculum;
Instrumenta lucis dedit
et nature decus redit 50
per momenta temporum.

RESPONSORIUM

O lampas ecclesie,
nimis profundens olei,
medicina gratie,
nutrimentum fidei, 55
Tutelam presta pauidis,
calorem minus feruidis,
languidis medelam.

VERSUS

Tu dei saturitas,
oliua fructifera, 60
cuius lucet puritas
ac resplendent opera,
Tutelam presta pauidis,
calorem minus feruidis,
languidis medelam. Gloria. 65

IN LAUDIBUS SUPER PSALMUM ANTIPHONA.

Dominus Elisabeth
induit decorem,
cuius nunc parata est
sedes in honorem.

HYMNUS

Leta stupet Turingia, 70
fractis nature regulis,
dum per sancte suffragia
miranda fiunt seculis.

Uita defunctis redditur,
egris confertur sanitas, 75
claudus directe graditur,
cecos illustrat claritas.

Hanc ergo dignis laudibus
nostra collaudat concio,

que nos, perfusis precibus, 80
dei commendet filio.
Sit laus patri cum filio,
sancto simul paraclito,
qui nos purgatos vitio
regno collocet celico. Amen. 85

LXX. SANCTÆ KATHERINÆ VIRGINIS ET MARTYRIS.

AD VESPERAS

Katherine collaudemus
virtutum insignia.

AD MAGNIFICAT ANTIPHONA

Inclyta sancte virginis. 25

AD MATUTINUM INUITATIO

Adoretur virginum
rex in seclorum secula,
uirgini qui Katherine 35
contulit celestia.

HYMNUS

Pange lingua gloriose. 37

RESPONSORIUM

Nobilis et pulchra prudens Katherina puella 61
Flagrat amore dei, Spernit vana gaudia mundi.

VERSUS

Cui rex carne pater fuerat reginaque mater,
Flagrat amore dei, Gloria!
Spernit vana gaudia mundi.

RESPONSORIUM

Uirgo flagellatur, crucianda fame religatur, 65
carcere clausa manet, lux celica fusa refulget,
Fragrat odor, dulces Cantant celi agmina laudes.

VERSUS

Sponsus amat sponsam, saluator visitat illam,
Fragrat odor, dulces Gloria!
Cantant celi agmina laudes.

RESPONSORIUM

Percussa gladio dat lac pro sanguine collo, 70
Quam manus angelica Sepeliuit vertice Syna.

VERSUS

Membris virgineis olei fluit vnda salubris,
Quam manus angelica, Gloria!
Sepeliuit vertice Syna.

HYMNUS

Presens dies expendatur.

LXXI. UT ANTONINI GLORIAM.

IN SOLENNITATE ANTONINI ARCHIEPISC. FLORENT. AD VESPERUM HYMNUS.


T Antonini gloriam
concinamus vberius,
afflare nunc pectoribus
nostris, deus omnipotens.

Is teneris ab vnguibus
sacros edoctus canones,
mundi spretis illecebris,
Christi se iugo subdidit.

Prędicatorum ordinem
delegit inter cęteros, 10
vt literis et moribus
incumberet ardentius.

Sed non bene sub modio
lumen ardens occulitur;
ad presulatum trahitur 15
lucens, inflammans populos.

Quęsumus, auctor omnium,
in hoc paschali gaudio,
eternę mortis iaculum
eius vitemus precibus. 20

Gloria tibi, domine,
qui surrexisti a mortuis,
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

LXXII. ATRÆ NOCTIS OBSCURITAS.

AD MATUTINUM HYMNUS.


Tre noctis obscuritas
Antonini fulgoribus
fugatur, qui prodigijs
vitę et signorum radiat.

Uirginitate niueus, 5
doctrine luce splendidus,
pręsul et pastor optimus,
clarum virtutis specimen.

Pauper amauit pauperes,
in miseros misericors, 10
intrepidus in perditos,
plus quam mitis in humiles.

Quam potens apud dominum,
qui mortis iura subruit,
in hanc lucem dum reuocat 15
mortis reuinctum nexibus.

Quęsumus, auctor omnium,
in hoc paschali gaudio
ęterne mortis iaculum
eius vitemus precibus. 20

Gloria tibi, domine,
qui surrexisti a mortuis,
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

LXXIII. CUM SOL AD CURSUM PROPERAT.

IN LAUDIBUS HYMNUS.

CUm sol ad cursum properat,
ad te prȩsul confugimus,
qui tuas laudes canimus,
tuas sub alas protege.

Tu, qui tot a corporibus
morbos depellis hominum,
casus afflictos miserans,
emenda nostras animas.

Tot iam malis atterimur,
in tot lapsus incidimus,
vt nulla sit spes reliqua,
nisi dextram porrexeris.


Uirgo perpurga corpora,
doctus animos instrue,
pastor egentes refice,
tibi cuncta debebimus.

Quȩsumus, auctor omnium,
in hoc paschali gaudio
ȩterne mortis iaculum
eius vitemus precibus.

Gloria tibi, domine,
qui surrexisti a mortuis,
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna sȩcula. Amen.

LXXIV. CATERVA MATRUM PERSONAT.

SEQUENS CANTUS CANTETUR IN LAUDIBUS IN FESTO ET IN OCTAUA SANCTORUM INNOCENTIUM.



CAterua matrum personat
colisa deflens pignora,
quorum tyrannus milia
Christo sacrauit victimas.

Gloria tibi, domine,
qui natus es de virgine,
cum patre et sancto spiritu
in sempiterna secula. Amen.

LXXV. AVE, TU PER ANGELUM.

DE BEATA MARIA VIRGINE.



AVe, tu per angelum
magnum sumens aue,
modo per me miserum
sume paruum aue,
vt cum vultu placido
meum sumat aue,
tu dilecto filio
funde tuum aue.

O, de deo genita,
genitrix Maria,
o curatrix, omnium
medela, Maria,
o decus angelicum
gaudij, Maria,

o regina virginum,
domina Maria,

Te diuina gratia
mire procreauit,
te virtutum gratia
priuilegiauit, 20
ventrem tuum gratia
prole fecundauit,
cuius mira gratia
dampnatos saluauit.

O plena mundicijs, 25
cella puritatis,
o plena leticijs,
porta pietatis,
o plena diuicijs,
portus voluptatis, 30
o plena delicijs,
ortus vbertatis.

Te solam pre ceteris
dominus dilexit,
vltra summos angelos 35
dominus te vexit,
te dulcoris oculo
dominus respexit,
te decoris pallio
dominus contexit. 40

Nam in ventris alueo
requieuit tecum,
iacens in presepio
colludebat tecum,
qui prius in stadio 45
laborabat tecum,
nunc, sedens in solio,
gratulatur tecum.

15 Benedicto nomine
gaudens benedicta; 50
nam Maria nomine
tu es benedicta,
lumen dei reserat
hec vox benedicta,
tecum claudis nomine 55
tuo benedicta.

Tu es archa continens
manna beatorum,
tu es virga dirigens
gressus viatorum, 60
tu es vrna aurea
claritate morum,
tu geris in tabulis
verba preceptorum.

In te noua gratia 65
nouo modo spirat
et in tua gratia
peccator respirat,
in tuis delicijs
deuotus suspirat 70
et in tuis meritis
ad regnum aspirat.

Tu in mulieribus
non habes reatum,
tu in mulieribus 75
habes principatum,
tu in mulieribus
tenes celibatum,
tu in mulieribus
paris dei natum. 80

Tu primam et vltimam
naturam iuuisti,

tu deum et hominem
in ventre tulisti,
angelos et homines
concordes fecisti,
graciam et gloriam
nobis invenisti.

Benedictus vterus,
de quo processisti,
benedictus dominus,
cui patuisti,
benedictus filius,
quem tu genuisti,
benedictus spiritus,
de quo concepisti.

Fructus tuus suauior
omni blandimento,
fructus tuus dulcior
omni nutrimento,
fructus tuus pulchrior
omni ornamento,
fructus tuus carior
auro et argento.

Ventris tui lectulus
tactum viri nescit,
ventris tui ortulus
gratia florescit, |
ventris tui flosculus
sopore dulcescit,
ventris tui thalamus
lilijs albescit.

Tui fructus gratiam
fac nos impetrare,
tui fructus gloriam
da desiderare,
tui fructus gratiam
fac nos degustare,
tui fructus premia
da participare.

Amen dico rogans te,
Ihesu electricem,
meam, queso, animam
preuaricatricem
tuis sanctis precibus
fac hostis victricem
et eternis sedibus
tecum assistricem.

LXXVI. AVE, ANCILLA DOMINI HUMILLIMA.

FERIA QUARTA DE DOMINA NOSTRA ORATIO.

AVe, ancilla domini humilima, dei virgo deuotissima,

Maria, stella carissima, ducens nos ad celestia, lucens ad celi gaudia.

Gracia nostra, que per Euam fuit perdita, nobis est per te reconciliata,

Plena dei caritate, pro tua immaculata et sancta virginitate.

Dominus, tamquam sponsus de celo descendens, te diligens, sic ad te veniens

Tecum ab vtero de spiritu sancto verbum est caro factum a domino.

Benedicta tu ab angelo salutata, spi-

ritu sancto sanctificata,

In mulieribus pre omnibus exaltata, 8
super sidera es coronata.

Et benedictus, qui venit in nomine 9
domini, Cristus, filius dei viui;

Fructus de radice Yesse cum flore 10
virtutis et germine vere salutis.

Ventris tui, qui fuit, mansit virginalis 11
locus, regalis et dominicalis.

Deo patri et filio et sancto paraclito 12
laus et gloria per infinita secula.

LXXVII. AVE, MATER SUMMI NATI.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

AVe, mater summi nati,
aue, salus desolati |
peccatoris, spes Maria,
vite lucens lux in via,
beatrix 5

Ave, dulcis consolatrix,
peccatorum reformatrix,
qui te cunctis preamauit,
per te, pia, reformauit
naturam nostram labilem. 10

Sacro fructu insigniuit,
ipse tuum lac sitiuit
in summi patris gremio,
vt tui pastus premio
plebem suam sic sanaret 15
et solamen cunctis daret
per te dulcem adiutricem,
suam sanctam genitricem.

Ergo, clemens et benigna,
tu es omni laude digna; 20
te nunc, pia mater, oro
tota mente et imploro
tuum sanctum adiuuamen,
vt sis michi consolamen
in qualibet angustia, 25
dolore et tristicia;
nam in tua fide grata
mea spes est conseruata;
si tu me vis adiuuare
et pro mea culpa stare 30
tunc, dilecta, sum securus
et nil mali sum passurus.

Ergo, mater sancte spei,
audi et memento | mei
in conspectu maiestatis, 35
vbi regnas cum beatis,
vt per tuum interuentum
michi fiat incrementum
omnis boni et salutis,
suauitatis et virtutis. 40

O dilecte Ihesu Criste,
qui Iohanni ewangliste
tuam matrem commisisti,
dum in cruce pependisti,
ego sordidus peccator 45
precor pie te, saluator,
vt digneris me mundare
a peccatis et saluare
ob amorem tue matris,
quia tu es natus patris, 50

qui per te cuncta creauit
sacrum flamenque donauit
omnibus, qui te adorant,
tuam matrem et implorant.

Ergo, fons diuinitatis, 55
qui das bona cuncta gratis,
dona michi spem sinceram
et contritionem veram
in nouissimo momento
et defende a tormento 60
me et omnes cristianos,
qui celestes et mundanos
omnes simul condidisti
et nos reos redimisti
per amare mortis | penam 65
et parasti nobis cenam
in celesti ciuitate,
que ex tua claritate
miro modo illustratur,
et eterna pax donatur 70
cunctis, qui bene fecerunt
et salutem meruerunt.
et ad pacem, Ihesu pie,
fili virginis Marie,
me perducas post agonem 75
et post puram confessionem,
vt te semper adorare
meream et collaudare
cum electis in gloria
per cuncta pie secula. Amen. 80

LXXVIII. IESU CHRISTE, FILI DEI.


Esu Criste, fili dei,
tota salus nostre spei,
tue matris interuentu
angelorum nos concentu
fac gaudere iugiter. 5

LXXIX. GAUDE, PER QUAM ANGELORUM.

DE DOMINA ORATIO DEUOTA.


Aude, per quam angelorum
chorus gaudet et sanctorum
perhenni leticia,
quos precellis, gloriosa,
super omnes graciosa 5
speciali gloria.

Gaude, gemma, templum dei,
per quam datur lux diei
solis de presentia:
Per te magis illustratur, 10
illustrata iocundatur
tota celi curia.

Gaude, lampas seculorum,
cui parent supernorum
omnes ciues regie, 15
Tuum vultum deprecantes,
tamquam matrem venerantes
sue regis glorie.

Gaude, cella fluens melle,
cuius voto Cristi velle 20
sociauit caritas;
Quidquid tue pietati,

placet summe trinitati,
o pura virginitas.

Gaude, virgo, que decoras 25
tuos seruos et honoras
hic et in celestibus,
Me cum ipsis ad amena
paradisi laude plena
suffer tuis precibus. 30

Gaude rosa, princeps florum,
super choros angelorum
gloriosis laudibus
Exaltata iocundaris,
trinitati sociaris 35
pre sanctorum milibus.

Gaude, cuius non marcescit
laus et honor non decrescit,
gaudiorum gaudium;
Iam secura gloriaris, 40
iuncta Cristo coronaris
super regni solium. |

Assis michi, o formosa
mater dei generosa,
dando vite premium, 45
In excelsis ut amare
possim semper et laudare
te et tuum filium. Amen.

LXXX. GABRIELIS VOX DE CÆLIS.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

GAbrielis vox de celis
salutauit, quam amauit
dei excellencia,
Dicens: aue, verbum suaue,
virgo tota labe lota, 5
plena sapientia.

Mater fui nouo more,
fecundata sacro rore
Gabrieli nuncio;
Genui sine dolore 10
reseruatoque pudore
cum candoris lilio.

Cristum paui cum honore
dans amplexus cum amore
et cum pleno gaudio, 15
Nunc repleta sum dolore,
cum priuata sum a flore
Ihesu, meo filio.

O Iudea, quid fecisti?
prolem meam tenuisti, 20
istum sine vitio,
Ihesum Cristum condempnasti,
Barraban sed liberasti,
reum homicidio.

Cristi vultum tu velasti: 25
prophetiza! tu clamasti,
cuius hec percussio?
Allusisti, flagellasti,
conspuisti, coro|nasti
spinis et obprobrio. 30

Crucem huic imposuisti,
vestes eius diuisisti
in tuo collegio,
Manus, pedes perfodisti,
cruci Cristum infixisti 35
in latronum medio.

Prolem meam blasphemasti,
sitim eius tu potasti
felle et absinteo,
Latus eius perforasti, 40
hinc cor meum vulnerasti
cum doloris gladio.

Fili, cruce me vidisti,
Iohanni me commisisti
cum dolore nimio; 45
Non est dolor vt est meus:
proles mea, verus deus
moritur suspendio!

O vos omnes, qui transitis
viam vite, mecum sitis 50
tristes, et est ratio:
Pia mater, fac me flere
mala nostra, vt gaudere
possim in iuditio.

Et in huius mundi luctu 55
nobis assis tuo fructu
. . . . . . adiutorio,
Vt post mundi vanos dies
nobis detur vera quies
in celesti solio. Amen. 60

LXXXI. MATER DIGNA DEI, VENIÆ VIA LUXQUE DIEI.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

MAter digna dei, venie via luxque diei,
sis tutela rei duxque comesque mei;
Nupta dei, miserere mei, lux alma diei,
Digna coli, regina poli, me linquere noli:
Me tibi, virgo pia, genitrix, commendo, Maria. 5

LXXXII. IN HAC DIE GRATIÆ.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

IN hac die gratie
tue et clementie,
matrem te ostende,
A qua fluit pietas
queuis et benignitas, 5
quam, queso, impende,

Cunctis te colentibus,
cunctis te petentibus
da desiderata,
Ob hoc ad te confluit 10
mundus, cui influit
pietate grata

Bonitas mirabilis
cunctis et amabilis
tua graciosa 15
Veniat celeriter
dans nobis feliciter
cuncta virtuosa,
Et sursum ascendere
donet et arripere 20
loca gloriosa.

LXXXIII. TE UT IN MEMORIAM REVOCEM, SALVATOR.

SEQUITUR PLANCTUS SANCTI BERNHARDI SEU GRANUM PASSIONIS IESU.


E vt in memoriam
reuocem, saluator,
michi benignissimus
assit consolator,
spiritus paraclitus, 5
tue inspirator
gracie et mentium
pius visitator.

Redemptus, quem sanguinis
auro redimisti, 10
ascendat Caluarie
montem, quo soluisti
aurum, vbi precium
sanguinis fudisti,
legat ibi gracie 15
librum, quem scripsisti.

Ad hoc mens evigilet,
in hoc delectetur,
in hoc se exerceat,
manus excitetur, 20
vt agat viriliter,
totus inflammetur
homo, in hoc dominium
seruus ymitetur.

Ave, mons Caluarie, 25
recordatione
tv dignus precipua
veneratione
excolendus iugiter,
quem tu, Ihesu bone, 30
facis memorabilem
tua passione.

Aue, gemma moncium,
mons coagulatus,
mons pinguis sanguineis 35
guttis inpregnatus
saluatoris domini,
lacrimis rigatus,
cedro nobilissime
crucis decoratus. 40

O mons, dei filius
in te decaluatus,
nudatus est vestibus,
in cruce leuatus,
in palmis, in pedibus 45
clauis est plagatus,
lancea mitissimum
perforauit latus.

Cum ligna defecerint,
ignis extinguetur: | 50
ait quidam sapiens;
hijs verbis docetur:
auditor, si anime
ignis non fouetur
lignis crucis proprio 55
vigore priuetur.

Ergo, ne igniculus
tuus extinguatur,
anima, quo caleas,
consulo, eatur 60
in montem Caluarie,
ibi colligatur
de crucis ramusculis,
vnde nutriatur.

Crucis beneficijs
te totam involue
ima, summa, media
propere reuolue,
venerare singula,
oculos resolue
in deuotas lacrimas,
gratias persolue.

Reduc ad memoriam
Cristum preliantem,
hostes sue clippeo
crucis expugnantem,
gestu sui corporis
hunc tympanizantem
cerne, carnis cythara
vitia fugantem.

Superat superbiam
caput inclinando,
liuorem, cum brachia
hostes amplexando
expandit; cupiditas
fugam petit quando,
dextram, leuam porrigit
se et sua dando.

Ad probras blasphemias
os claudit: sic ire
imperat; accelerat
pati: sic abire
compellit accidiam;
flagellam subire
gaudet, ne luxuria
valeat seuire.

Per amaritudinem
aceti et fellis
65 fugas gule vicium,
Ihesu, qui sic pellis 100
hostes propugnaculo
crucis et das bellis |
finem, tua passio
70 michi fauum mellis.

Tuam crucem corpori 105
tuo coaptatam,
menbris tuis veluti
gemmis adornatam,
75 rubicundo candido
flore picturatam, 110
michi pro delicijs
gaudeo collatam.

Anima apicule
80 apprehendet mores,
campos intrat floridos, 115
accedit ad flores
et florum foramina,
structura, sapores
85 discernit et extrahit
succos meliores. 120

Tu quoque fac simile,
omni suauitate
plena Cristi passio,
90 tota caritate
redundat, non alius 125
flos queratur a te;
hunc florem si suxeris,
viues delicate.

95 Suge ergo, anima,
suge, quia vita 130
est in Cristi sanguine,
tua sunt condita

hac liquore fercula,
huc tuos invita
affectus, os applica 135
flori et dic ita:

Aue, flos de Nazareth,
flos refectionis,
in te locus pascue
angelis et thronis, 140
melle me reficies
consolationis,
si sugam foramina
tue passionis.

Pro tuis vulneribus 145
placet commutare
mundi carnis vbera,
quibus me lactare
consueuerunt demones,
convenit amare 150
illa et eligere,
ista reprobare.

Ex tuis vulneribus
sanguis emanauit,
cuius clamor validus 155
celos penetrauit; |
exclamando veniam
michi postulauit,
suspendit sententiam,
iudicem placauit. 160

Anima, incorpora
per dilectionem
tibi Cristi sanguinem,
per deuotionem
hunc in mente habeas, 165
per confessionem
laudis huius sanguinis
prepara sermonem.

Cvm esses in sanguine
tuo, eras muta 170
a laude et mortua;
sanguine abluta
Cristi, tibi dictum est:
viue ergo tuta,
lingua hijsque laudibus 175
sanguine soluta.

Aue, sanguis domini,
verbi incarnati,
tuyaca medici
pro me lanceati, 180
cuius efficacia
omnes sunt sanati,
qui Ihesum sunt moribus,
vita protestati.

O vngentum nobile, 185
quod humanitatis
ex flore confectum est
et diuinitatis
adipe in thalamo
summe sanctitatis 190
Marie a spiritu
diuine pietatis.

Tu rosetum anime
Ihesum diligentis,
ad vulnus de vulnere 195
se circumferentis,
vulnerum perambulans
loca, mens pigmentis
rosarum reficitur,
hic est cibus mentis. 200

Tu mel, quod extrahitur
labijs sugentis
ex fauis dulcissimis
vulnerum pendentis
in crucis patibulo, 205
tu sanguis rubentis
vue meracissimus,
tu vita viuentis,

Ad tui memoriam
cordis obdurati 210
adamas dissoluitur,
facis ut peccati
animam peniteat,
facis ut legati
ad deum sint lacrime 215
cordis contristati.

O sanguis dulcissime,
sanguis gloriose,
tu mee diuicie,
gemme pretiose, 220
tu mee delicie,
flos et florens rose,
grates tibi refero
fuse copiose.

Grates tibi, lancea, 225
que viam fecisti
per latus, per lateris
costas introisti
cordis sanctuarium
saluatoris Cristi, 230
ibi te visceribus
Ihesu inmersisti.

Quid boni eduxeris
inde? quis narrabit?
hoc bonum dat graciam 235
in presenti, dabit
in morte fiduciam,
celum reserabit,
sociabit angelis,
rosis coronabit. 240

Rogo, dulcis lancea,
vulnera cor meum,
voluntatem propriam
eice, que deum
offendit, me efficit 245
coram deo reum,
fac Ihesu obediat,
fac sequatur eum.

O claui, vos sanguinis
huius reserastis 250
thezauros, obstacula
carnis penetrastis,
medullarum, ossium,
neruorum intrastis |
secreta, diuicias 255
has michi donastis.

Vos pro gariofolis
michi reseruabo,
ne defunctum paciar
cordis masticabo, 260
pro dolore capitis
frequens ruminabo,
manus, pedes stimulis
vestris excitabo.

In petra durissima 265
nidos exstruxistis
columbis ericijs,
illuc confugistis

cum vestris aculeis,
vos, qui excessistis 270
in summis sceleribus,
ibi latuistis.

Ibi patientie
sumpsistis labores,
ibi vos contritio 275
apprehendit, fores
spei reserate sunt,
ghehenne tortores
euasistis, pessimos
exuistis mores. 280

Qui ergo aliquando
estis operati
in deum et proximum
nephas, sanitati
restituti, consulo, 285
ne sitis ingrati,
rogo, amplectimini
plagas vulnerati.

Ad hanc petram, anima
mea, viam tere, 290
in hac nidum construe,
hic stude latere,
hec terris fortissima,
ex hac arma quere,
ex hac mille clipeos 295
scias dependere.

Omni diligentia
illud elabora, |
vt in die exitus
et in mortis hora 300
in hac petra lateas,
ut euadas ora
leonum et videas
sponsum sine mora.

Stude dulcis lauacrum 305
lateris adire,
vt munderis, abluat
aqua sanguis mire,
reddat pulcritudini,
sic resistes ire 310
nec audebunt demones
contra te mugire.

Esto quod cyrographa
cartas peccatorum
adducat in medium 315
et aduocatorum
copiam, clamoribus
resistent eorum
instrumenta sanguinis,
crucis et clauorum. 320

Crucis cancellatio
scripta reprobabit,
abradent mendacium
claui palliabit
sanguis sua purpura 325
culpas et clamabit
veniam: sic hostium
rabies cessabit.

Aquam reddet candidam
sanguis rubicundam, 330
sic assimulaberis
sponso tuo, mundam
presentabunt angeli:
sic vitam iocundam
obtinebis per Ihesu 335
sanguinem et vndam.

In hijs foraminibus,
in ista cauerna
requiesce, anima
peccatrix, superna
largiente gratia,
vitare inferna |
vt possis et transitus
detur ad eterna.

Grates tibi, domine,
qui reis nephandis
factus es latibulum,
brachia expandis,
paratus amplexibus
hos fouere blandis,
promptus in criminibus
sibi relaxandis.

Inferni latibulum
meruit peccator,
pro eo patibulum
subis, miserator
Ihesu et misericors,
fisque restaurator
peccatorum, ut tue
crucis sit amator.

Ad amplexus suscipis
egrum et dignaris
huic emplastrum fieri,
fis ei altaris
in mensa viaticum,
potus salutaris,
medicus fidissimus
per hoc comprobaris.

Penitenti pillule
auree tuorum
fiunt gutte vulnerum,
hee sunt, que honorum
consumunt superflua,
que illi morborum
sunt causa, eiciunt
flecma viciorum.

Hee felices pillule
suas ostenderunt
vires, efficaciam,
cum eas sumpserunt,
qui te crucifixerant,
cum penituerunt,
et ex eis millia
octo crediderunt.

Diligam te, anime
mee firmamentum, |
Ihesu, et refugium
in cruce contentum,
continens vt fierem
et ergo contentum,
sciens quia sine te
nichil est figmentum.

Quid tibi retribuam,
domine, quid dabo
pro tantis, tam arduis,
tam summis? negabo
quidquam tibi? absit hoc!
calicem potabo
tuum, tuis laudibus
in finem vacabo.

EXPLICIT PRIMA PARS. INCIPIT PARS SECUNDA.

Circuibo, domine,
aureum altare

tue crucis, appetens
laudes ymmolare,
thura, timiamata 405
precum, tu dignare
hijs me sacrificijs,
Ihesu, te placare.

Adoro vestigia
pedum, que formasti, 410
cum in sacris humeris
crucem baiolasti;
lambo stillicidia,
quibus dedicasti
terram, quando sanguine 415
hanc inebriasti.

Amplector, deosculor
pedes, Magdalena
vbi planxit lacrimis
et dolore plena, 420
vbi pro peccamine
preiacta carena
in pace dimissa est,
redijt serena.

O pedes dulcissimi 425
Ihesu, me quesistis
ouem, que perieram,
post me cucurristis;
malleos carnificum,
clauos suscepistis, 430
vie lassitudinem,
crura, pertulistis. |

Sanguis pedum, domine,
quos claui foderunt,
deleat vestigia 435
pedum, que fecerunt,
quando carnis demones
cursum peregerunt,
vanitatis litteras
in terra scripserunt. 440

Rogo, pedum riuuli
vt ommissionis
boni culpas diluant,
perpetrationis
mali nephas auferant, 445
vt compassionis
tue verbum proferant
absolutionis;

Flecto tibi genua,
qui tua flexisti, 450
quum tuis discipulis
pedes abluisti,
magister et domine,
lintheo tersisti,
hoc exemplum posteris 455
tuis reliquisti.

Sanguis tuus, domine,
quem fudit beata
tua circumcisio,
deleat errata: 460
carnis sic cinctorium
renumque fermata
caro sit in motibus
castis ordinata.

Sudoris sanguinei 465
balsamum, per totum
corpus tuum, domine,
diffusum, egrotum
me sanet, in precibus
faciat devotum, 470

me celesti curie
representet lotum.

Sanguis tuus, domine,
nodis flagellorum
eductus a tortore
tuorum membrorum 475
sit regalis purpura,
faciat laborum
pacientem socium
martirum tuorum. | 480

Tui cordis flumina
sanguinis et vnde
cor meum circumfluant,
influant et munde
abluant, inebrient, 485
penetrent profunde,
vt te plene diligat,
seruiat iocunde.

Sanguis Ihesu floride,
sanguis delicate, 490
profluens de latere,
pannum menstruate
conmuta in purpuram,
fac in sanctitate
ambulem et optime 495
viuam et beate.

Tv resina Galaad
vngis, vt portetur
iugum Cristi suauiter,
facis vt ametur, 500
facis vt querencium
Ihesum cor letetur,
facis momentaneum
quidquid sustinetur.

Tv Raab, funiculis 505
tua me attraxit
virtus, de miserie
lacu me extraxit,
prope longe positum
ad bonum pertraxit, 510
ne malum repeterem,
a malo retraxit.

Tu misericordie
michi pluis rorem,
tu vitta coccinea, 515
Ihesu ad amorem
cor stringis, affectibus
mellicum saporem
infundis, vt dulce sit
sequi redemptorem. 520

O aqua rosacea,
quam feruor amoris
eduxit de latere
rose pulchrioris
inter rosas hominum, 525
peruersi amoris |
incentiuum prohibe
a claustro pudoris.

Tui cordis scissio,
Ihesu, scissionem 530
cordi meo ingerat,
wulnerationem
ex amore sentiat
cor et passionem
tuam suam faciat 535
per compassionem.

Paratum cor, domine,
meum cor paratum

sit, ut tibi seruiat,
fac habere ratum, 540
quidquid tu decreueris,
fac vt cogitatum
suum ad te dirigat
pro me vulneratum.

Sanguis tue dextere 545
me dignum beatis
faciat amplexibus,
cum predestinatis
ad dextram me collocet,
vbi dono gratis 550
paratum percipiam
regnum claritatis.

In virtute sanguinis
tui, Ihesu Criste,
quem sinistra protulit, 555
rogo, mundus iste
michi crvcifixus sit,
pauperi assiste,
ne cum hedis audiam:
ite! verbum triste. 560

O manus tornatiles
auree et plene
iacinctis, diuitie
vestre non terrene,
sed celestes, anime 565
pauperi egene
de vestro tribuite,
vt sit ei bene.

O manus tornatiles
Ihesu, me tornari | 570
a uobis expostulo
vas hoc transforari,
ire in vas glorie,
mense presentari
celesti et ex eo 575
laudes propinari.

Manus Ihesu auree,
rogo, inauretur
hoc vas de Arabie
auro, meditetur 580
mens de vita, vespera
quod morte claudetur,
quod puluis in puluerem
cito reuertetur.

Hoc aurum Arabie 585
peccatum excludit;
hoc est sapientia,
que carnis illudit
commodis, superbie
motibus concludit 590
bonum mansuetudinis
cordibus includit.

Manus Ihesu auree,
vasi apponatis
aurum terre Eiulat, 595
hoc est conferatis,
pro meis et proximi
lugeam peccatis,
ad decorem vasculi
gemmas includatis. 600

De gemmis iacinctinis
peto decorari;
hoc est in celestibus
mente conuersari,
plateas Iherusalem, 605
(et) vicos pervagari,

alleluia canere,
sanctos contemplari.

In eternum, domine,
tuas venerabor 610
manus, laudum osculis
et regraciabor
pro donis exhibitis,
cum dolor et labor
cessabunt, hee tribuent, 615
vnde saciabor. |

Pastor, tuis humeris
gratias rependo,
quibus reportasti me
ad gregem, ponendo 620
me in loca pascue,
feno me pascendo
tue carnis floride,
pie protegendo.

Collum tuum, pontifex, 625
stolam colaphorum
suscepit, quod tociens
vlnis brachiorum
Marie astrinctum est,
hoc suppliciorum, 630
eximis fasciculos
collis peccatorum.

Ihesu, tui colaphi
a iugo peccati
collum meum liberent, 635
tue potestati
me subdant, obediant
tue voluntati,
qui per sacrificium
tuum sunt purgati. 640

Tue vocis organum
dulce et sonorum
pro me raucum factum est,
quod michi celorum
reserauit gaudia, 645
premia iustorum,
regulam iusticie,
disciplinam morum.

Mel et lac de labijs
tuis propinasti 650
tuis auditoribus,
quibus predicasti,
rudes in parabolis
lacte reformasti:
sic mentem discipulis 655
melle saciasti.

Doctor amantissime,
aurea doctrina
tua sit vulneribus
meis medicina, | 660
fundat michi oleum,
fundat michi vina,
det in hiis proficere
vnctio diuina.

Ihesu, tuum Sitio 665
in cruce prolatum
sitim michi provocet,
potum delicatum
ex te fonte tribuat,
quo me renouatum 670
sentiam, a veteri
fermento purgatum.

Ut ceruus desiderat
ad fontes aquarum,

sic ad te desiderem,
tuum fel amarum
et acetum michi det
ad deliciarum
paradisum transvehi
pennis aquilarum. 680

Vultum tuum, domine,
requiram splendore,
diuinum dignissimum
laude et honore,
et sputa recipio 685
pro suaui odore,
que tibi illita sunt
a persecutore.

O vultus amabilis
nazareni floris, 690
qui Marie tociens
delicati oris
suscepisti oscula,
plenus es meroris,
quod per sputa contrahis 695
maculas horroris.

Te velant, te lacerant
manus impiorum;
grauis ad videndum es
oculis eorum, 700
quibus lumen veneras
prebere sanctorum,
margarite claritas,
splendor angelorum. |

Anima, considera 705
hunc vultum et gere
morem benignissimum
Ihesu, exhibere
vultum stude lugubrem,
cum Maria flere, 710
vt Iohannem videas,
debes condolere.

Gladius, qui animam
transiuit Marie,
animam te transeat, 715
quod, si modo pie
cum Maria fleueris,
hoc peracto vie
cursu in nouissimo
tu ridebis die. 720

Mater dicet filio:
fili, consolare
sicud mater animam,
que fleuit amare
tuam mortem, lacrimas 725
absterge, regnare
fac tecum in gloria,
tecum exultare.

Que tibi conpassa est,
nichil paciatur, 730
fiat inpassibilis,
nunquam moriatur,
inmortalis maneat,
hec introducatur
in tuum cubiculum 735
teque perfruatur.

Sic misericordie
mater pro te stabit,
labores et lacrimas
tuas retractabit, 740
auribus dulcissimi
Ihesu inculcabit,

tibi patrocinium
Iohannes parabit.

Stude ergo, anima,
vt promouearis |
ad tantas delicias;
sic intuearis
Ihesum, vt pro nomine
Ihesu paciaris
et eius conmunices
poculis amaris.

Vultum tuum, domine,
michi contemplari
dulce sit, iniurias
tuas amplexari,
tuas contumelias,
hoc philosophari
tribue proficere
in hoc exemplari.

Que maxille alapis
pro me feriuntur,
que verba blasphemie
tuis ingeruntur
auribus! sic instruor,
cum ista leguntur,
arma paciencie
michi proponuntur.

Horum recordatio
Ihesu armaturam
michi tollerancie
prestet profuturam
in aduersitatibus,
age meam curam,
ne factus inpaciens
excedam mensuram.

Molestauit fetidum
sputum sanctitatis
tue nares, domine,
vt nos trinitatis
pasceres aromate
nobis collocatis
per te in florentibus
paradisi pratis.

O summe, fragrantie
et celestis chori
aureum turibulum,
tibi, meo flori,
rose mee, supplico,
michi sis odori: |
sursum trahe spiritum,
cum contingit mori.

Ihesu, rosa candida,
rubicunda, oro,
animam reficias
meam, dum laboro
in morte, hanc eripe
a causis et foro
demonum, hanc insere
angelorum choro. Amen.

EXPLICIT SECUNDA PARS. SEQUITUR TERTIA PARS HUIUS CARMINIS.

Gracias pro lacrimis,
Ihesu, quas fudisti,
salsis, puris, calidis,
quibus conmouisti
patris tui viscera,
quibus eruisti
me de manu inferi,
vitam contulisti.

Ihesu, tue lacrime
salse dent saporem,
vt tu michi sapias,
pure dent decorem
puritatis, calide
ingerant calorem, 810
qui accendat vulnera,
auferent torporem.

Vt peccata defleam,
ad que mens est prona, 815
vt plangam exilium
et eterna bona
requiram cum lacrimis,
o Ihesu, corona
celsior, tu tribue 820
lacrimarum dona.

Salsas confer lacrimas,
que corruptionis
me expertem faciant,
a pollutionis 825
labe pure abluant,
contra aquilonis
frigus michi lacrimas
da dilectionis.

Illos tuos oculos 830
in morte clausisti,
quibus Petrum ceteros
pie respexisti,
peccatorum cordibus
quibus infudisti 835
lumen tue gratie,
culpam remisisti.

O paterne glorie
splendor, per respectum |
tuum benignissimum 840
anime profectum
operaris, corporis
subleuas defectum,
in vtroque respice
meum inperfectum. 845

Verus sol iusticie,
tu interiorem
hominem irradia,
da cordi feruorem
spiritus, exterius 850
tribue vigorem
menbris, laudant omnia
suum creatorem.

Dyadema spineum
intulit dolorem 855
reuerendo capiti
tuo et cruorem
extraxit purpureum,
preciosiorem
regum dyademate, 860
regnis cariorem.

Pie pater, filium
tuum me fecisti,
sanguine de regio
tu me genuisti, 865
quando semen sanguinis
in terram sparsisti
et ex hoc fidelium
grana produxisti.

Vt in me perficias, 870
quod cepisti bonum,
tuarum participem
fac me punctionum,

quibus, si communico,
te ipsum in donum
dabis, regis filius,
optinebo thronum. 880

Sanguis tui capitis,
extractus per spinam,
sensus mei corporis
seruet, ne ruinam
paciantur, fugiant 885
hanc mundi sentinam,
illos ad noticiam
erige diuinam. |

Ad te, Ihesu, oculi
mei dirigantur, 890
cuius pulcritudinem
sol, luna mirantur,
ad coreas virginum
aures erigantur,
paradisy floribus 895
nares nutriantur.

Da gustare, domine,
quante suauitatis,
quante sis dulcedinis!
me humanitatis 900
tue lacte refice,
melle deitatis,
tactu tue fimbrie
munder a peccatis.

Tui sancti capitis 905
verticem beatum
veneror, arundine
pro me flagellatum,
obsecrans, dulcissime,
vt caput elatum, 910
quod erexi contra te,
tibi sit substratum.

Ihesu, tui capitis
inclinatione
me salutas, osculum 915
prebes, fiunt prone
aures meis precibus,
de afflictione
grates agis, pastor, hac
dulci lectione. 920

Te tradente spiritum
caput inclinasti;
quid hoc, nisi quod per hoc
reconciliasti
me patri et rediens 925
michi nunciasti
pacem meque capitis
motu salutasti. |

Dulce prebens osculum
pace reformata; 930
hoc est, quasi diceres:
meretrix prostrata,
surge, sume osculum,
sanguine mundata
meo, eris deinceps 935
michi desponsata.

Aures, pace reddita,
fiunt proniores;
hoc est, quasi diceres:
actenus labores 940
consumpsisti vacuos,
cum precum clamores
ad patrem transmitteres,
nunc secure ores.

Audias, exaudias, 945
pater, tantam, talem
volo ut exhibeas,
que sit digna, qualem
sponsam decet regiam,
refuge carnalem 950
vitam et amplectere
formam spiritalem.

In hoc gestu capitis,
Ihesu, declinare
te a crucis titulo 955
perpendo, vitare
per hoc vanam gloriam
te ostendis, care
doctor, ac si diceres:
hoc uolo regnare. 960

Nolo scribat, nominet
me regem Pilatus,
laudis plumas respuo,
qui sum deputatus
modo cum latronibus, 965
cito coronatus
regnabo in gloria
patris sublimatus.

Hic plebis abiectio,
ibi exaltabo 970
caput, meam gloriam
alteri non dabo;
danti michi gloriam
ego procurabo
graciam et glorie 975
locum preparabo. |

Sic me, Ihesu, instruis,
ne a me queratur
laus et fauor hominum,
si a me geratur, 980
quod sit dignum laudibus,
de quo oriatur
laus, qui velle tribuis,
a quo possedatur.

Ihesu, confer gratiam, 985
ne velim laudari
de bonis operibus,
regis appellari
nomine, sed tribue
hic humiliari, 990
vt in regno valeam
per te sublimari.

In hoc gestu capitis,
Ihesu, actiones
gratiarum reddere 995
in aduersis mones,
signas, te per varias
tribulaciones
sequendum ad premia,
vbi nos corones. 1000

Hoc est, quasi diceres:
tu, qui viam queris
que ducit ad patriam,
per crucem doceris;
si mei non fueris 1005
ymitator, peris,
ambulans in invio
morte morieris.

Ne sit iter asperum,
pedibus substraui 1010
tuis mei sanguinis
purpuram, pugnaui,

vici et latrunculos
vie trucidaui,
ergo passus ambula, 1015
per quos ambulaui.

In hoc gestu capitis,
Ihesu, relicturus
matrem et discipulum,
ad patrem iturus 1020
accipis licentiam
vltimam, dicturus:
vale! circumstantibus
hic est sermo durus. |

Ad istam licenciam 1025
quis non moueatur,
cum audit, quod filius
dei moriatur,
thezaurus tam nobilis
de mundo tollatur, 1030
vniuersa continens
sepulcro claudatur?

Ihesu, mea lectio
et philozophia,
mei cordis speculum, 1035
quo Rachel et Lya
suas ornant facies,
dulcis melodia,
quam de carnis cythara
produxit Maria. 1040

Menbra tui corporis
in cruce extenta
cantilenas resonant
michi, quas attenta
aure cordis audiam, 1045
horum sacramenta
cuncta vincunt musice
artis instrumenta.

Tu sis michi iubilus,
tu sis canticorum 1050
canticum, solacium
dolorum meorum
singulare, vnicum,
vulnerum tuorum
memorem in numerum 1055
pone filiorum.

Ihesu, tui memores
fac ymitatores
esse tuos, fac eos
exempla et mores 1060
tuos apprehendere,
plage et liuores
tui nostros condiant,
temperent labores.

Memores Caluarie 1065
montis decaluentur
tecum, fiant filij
choro, confirmentur
menbra, suo capiti
terrenis condentur, | 1070
vt a te celestibus
thezauris ditentur.

Crucis tue memores
fac considerare
tue crucis prelia 1075
et se preparare
ad bellum, quod ymminet,
vexillum leuare
crucis et fortissimum
nomen invocare. 1080

In hoc tuo nomine
manus confortentur,
dissoluta, pauida
corda roborentur,
hoc audito nomine 1085
in fugam vertentur
hostes, duo millia
decem persequentur.

Milites audaciam
sumant intuendo 1090
sui regis vulnera,
sese offerendo
ad mortem pro mortuo,
crvcem sustinendo
carceres et vincula, 1095
sanguinem fundendo.

Tua trivmphalis crux
super cor ascendat
et cordis signaculum
fiat, apprehendat 1100
crucis latitudinem
cor et se extendat
in altum totaliter,
cruci se inpendat.

Dulcis Ihesu, tua mors, 1105
mors victoriosa,
iudeo turpissima,
iudeo probrosa,
nobis amantissima,
nobis saporosa, 1110
inscribatur cordibus
in textu et glosa.

Quidquid est a vertice
ad plantam, conetur
tue morti conpati, 1115
cor intus mactetur |
in contractionibus,
corpus castigetur
in labore, sanguine,
lacrimis lauetur. 1120

Non torrens, non riuulus,
non fontes aquarum
oculis sufficiant,
Ihesu, lacrimarum,
da nobis diluuium 1125
respectu guttarum,
quas fudisti, talia
nichil sunt aut parum.

Tue mortis memores
mundo moriantur, 1130
viuant tibi, domine,
qui viuificantur
tuo sacro sanguine,
hij benedicantur
a patre et spiritu 1135
sancto repleantur.

Dulcis Ihesu, rogo te,
tuum monimentum
et mirra et aloe,
quasi libre centum, 1140
linthea, sudarium
sint incitamentum
doloris et gemitus
provocent lamentum.

Mirra menbra condiat 1145
contra viciorum
vermes, intus aloe
agat contritorum

gemitus, vt ita sim
de beatis, quorum 1150
peccata remissa sunt,
de cetu iustorum.

Cor meum, quod extitit
spelunca latentis
inimici, tibi fac 1155
locum quiescentis,
vtere pro sindone
castitate mentis,
sit loco sudarij
labor penitentis. | 1160

Rogo te per gloriam
resurrexionis
tue, da resurgere
a malo, in bonis
florere, ut in die 1165
consummationis
me verbum non feriat
maledictionis.

Supplico, dum tempus est
emendationis, 1170
da mereri gratiam
consolationis,
quem tuis daturus es,
locum mansionis
optinere, gloriam 1175
tue ditionis.

Da michi te cernere
regem in decore,
tuo da colloquio
frui, ex amore 1180
amplecti te intimo,
sumere ab ore
osculum, te perfrui
paradisi flore.


Pater michi tribuat 1185
inmortalitatis
locum, tu me sacies
tue karitatis
ferculis, paraclitus
sue voluptatis 1190
torrente inebriet,
regam cum beatis.

Ad altare aureum
hoc deuotionis
granum in memoriam 1195
tue passionis,
dulcis Ihesu, offero,
te summum in bonis
requiro, te munere
retributionis. 1200

EXPLICIT GRANUM PASSIONIS SANCTI BERNHARDI ABBATIS.

LXXXIV. CHRISTI FIDELIS FAMULUS.

DE SANCTO GREGORIO CONFESSORE ANTIPHONÆ.



CRisti fidelis famulus
prudens quoque Gregorius,
postquam in suo tempore
vixit eius familie,
celo reddidit animam, 5
terre carnis materiam.

O Gregori, dulcissimum
sancti spiritus organum

atque virtutum speculum,
posce nobis suffragium,
vt hoc possimus consequi,
quod te gaudemus perfrui. 10

LXXXV. O ANIMARUM MEDICI.
DE SANCTIS COSMA ET DAMIANO.

O Animarum medici
et corporum veridici,
Cosma et Damiane,
Sanate egros moribus
et a cunctis doloribus, 5
viuamus semper sane.

Beati vos artifices
fideles et opifices,
vestro digno precatu
Cristus, medela cordium, 10
purificator sordium,
nos soluat a reatu,

Infirmitas ne corporis
ad culpam trahat temporis
spiritum animalem, 15
Aut carnis nostre pronitas
animam | siue vanitas
ledat rationalem.

Culparum morbos regite,
preparando dirigite 20
materiam peccantem,
Noxe feces eicite,
confortando reficite
vitam desiderantem.

Sacris electuarijs, 25
pocionibus varijs
et aquis lacrimarum,
Sirupis penitentibus
cum pillulis soluentibus
excessum animarum, 30

Salutis nardipistico
et alabastro mistico
actus, vitam curate,
Virtutum aromatibus
mentis infirmitatibus 35
medere festinate.

Vngentis redolentibus,
pietatem habentibus
egrotis subvenite,
Mirra carnem mortificet 40
et sensus thus purificet,
balsamus bone vite

Opinionem conferat,
ne suauitas nos deserat
aut sternat recidiuum 45
Delicti nos in puteum,
respirat corpus | luteum
ad statum rediuiuum.

O medici piissimi,
qui meritis clarissimi 50
in celis refulgetis,
Et beatorum cetibus,
angelorum cohortibus
iugiter congaudetis,

A peste, clade corporum 55
preseruetis et operum,
morbis ne langueamus,
Aut moriamur spiritu,

sed anime ab obitu
velociter surgamus. 60

Vt viuamus in gratia,
sacra celi pallacia
donec ingrediamur,
Gaudentes de victoria
et trinitatis gloria 65
felices perfruamur.

Amen dicamus pariter,
vt pergamus hilariter
ad celorum solamen
Et beatorum aciem, 70
cernamus dei faciem,
rex regum prestet amen.

LXXXVI. BARBARA PRÆCLARA, CHRISTI VENERABILIS ARA.

ORATIO DE SANCTA BARBARA.

BArbara preclara, Cristi venerabilis ara,
Vultu formosa, tu virgo es gloriosa.
Delicijs plena, florens virtute serena,
Speciosa dei digna (mitis) mansueta benigna.
Spiritu es stella, sancta preciosa puella, 5
In celis magno cum sponso, scilicet agno.
Es martir grata, cum leticia sociata,
Quem nunc sectaris, ipso quoque deliciaris.
Vernans aureola vineam circumdata stola,
Quesumus, hinc ora pro nobis mortis in hora, 10
Vt rex celestis nobis miserisque scelestis
Prestet purgari de carne suaque cibari,
Vt tibi nos iungi possimus et in i . . . ungi.
Fac, quod solamen dat nobis omnibus, amen.

LXXXVII. GRATULEMUR REGI DIGNA.

SEQUITUR HISTORIA DE REGINA BARBARA SANCTA AD VESPERAS OMNIA LAUDATE CUM ANTIPHONIS SEQUENTIBUS.

Ratulemur regi digna
psallentes preconia,
qui ditauit hec per signa
Barbaram insignia.

Hec beata, stirpe clara, 5
decus mundi respuit,
gaudens grata, Cristo cara
paupertatem coluit.

Nondum apta viri votis
mentem celo reddidit 10
et sic totam corde toto
sese deo subdidit.

Hic exulta multo flore
sponsa Syon floruit
et preceptis miro more 15
se diuinis inbuit.

Quanto plus electa dei
malis mundi premitur,
tanto magis summe spei
gaudiis invehitur. 20

LXXXVIII. O PRÆSUL PIISSIME.

DE SANCTO NICOLAO EPISCOPO ORATIO.

O Presul pijssime,
Nicolae sanctissime, |
Protector benignissime,
te precor dulcissime.

Vota mea nunc exaudi 5
atque vocem non obaudi,
Preces mei peccatoris
audi pater cunctis horis.

Me in sinu pietatis
loca presul summi vatis, 10
Bonitatem michi prebe,
vt fecisti, multa plebe

Ad te confugientibus
et ad te invocantibus
Succurre, michi misero 15
mane, meridie et sero,

Ne moriar sine mora
diei vel noctis hora,
A subitanea morte
diuina fauente sorte. 20

Da mortalia peccata,
a me nimis perpetrata,
Et libidinosa contagia
per tua pia suffragia

Tanto studio vitare, 25
vitam meam emendare
Verbis, bonis operibus,
vt munder a sceleribus.

Ergo, pater Nicolae,
me post mortem tecum trahe, 30
Iuuenes et seniores,
amicos, benefactores

Et omnes cristianos,
o presul pie, iuua nos,
vt ad celum perducamur, 35
ubi gaudijs fruamur

Cum fidelibus defunctis
nos simul sanctis adiunctis,
Vt non videamus seuum
hostem nunc et in euum. Amen. 40

LXXXIX. ANDREA CHRISTI FAMULE.

HYMNUS DE SANCTO ANDREA APOSTOLO.


Ndrea, Cristi famule,
nostros clamores suscipe
tuisque sanctis precibus
munda nos culpis omnibus,

Vt luce spiritalium 5
resplendentes carismatum,
vt corde simus sobrij,
in carne semper liberi.

Tv nos precamur sustine
celi fac summa scandere, 10
quod valeamus cernere |
Ihesum benignum sedule.

Gloria tibi, domine,
quem laudant omnes angeli,
cum patre et sancto spiritu 15
in sempiterna secula. Amen.

XC. O CHRISTI MATER PIA.

DE SANCTA BARBARA.

O Cristi mater pia,
Barbara, celi via,
nomen sancte trinitatis
Mundo corde honorasti,
regna mundi refutasti 5
ac nutum paternitatis.

Simulacra falsa spernens,
veritatem Cristi cernens
necnon iudicis preceptum,
O quam dire vulnerata, 10
lesa, spreta, verberata
ob patris sui contemptum, |

Ad despectum denudata,
per angelum preseruata,
in turri leta consolata, 15
A Cristo vulnera sanata,
post varie trucidata,
tandem a patre decollata.

Eya, que nunc es cum sponso,
quem duxisti in absconso, 20
quem iam palam contemplaris!
O quam pulcra, quam decora,
Ihesum Cristum mortis hora
tunc pro nobis deprecaris,

Vt nos suis dignis donis 25
corporis et vnxionis
melliflue saciemur
et a diaboli fraude
visu et mundana laude
protegamur et saluemur. Amen. 30

XCI. EIA MELLIFLUA ROSA.

DE SANCTA AGNETE MARTIRE.



Ya melliflua rosa,
quam dulcis, quam speciosa,
ab euo predestinata.
Agnes mundum postergasti,
Ihesum Cristum adoptasti 5
tui pulcra subarrata.

Tu iuuenem quem amantem,
dona pulcra erogantem,
quasi lutum despexisti.
In lupanar es prestata, 10
ab angelo preseruata,
o quam caste evasisti!

Iuueni vita impetrata,
ab eo fide predicata
sponsi tui ob amorem, 15
De paganis es detenta,
diris penis es peruenta
flamme ignis ad ardorem.

Ense dire trucidata,
agnum dei speculata, 20
cum quo eue gloriaris;
Ibi nostrum memorare
et pro nobis Cristum clare
tuum sponsum deprecaris,
Vt meritis adiuuemur 25
tuis benignis et saluemur
in hac valle lacrimarum,
Post hanc vitam gloriemur,
agnum dei speculemur
in splendore animarum. 30

XCII. HEU, MISER, QUID FACIAM?
DE BEATA MARIA VIRGINE.

HEu miser! quid faciam?
plenus sum dolore;
nescio, quo fugiam
mortis pre timore,
nisi ad te domina, 5
stella, cum nitore
fulgens super omnia
speciali more.

Aue, virgo regia,
cella Ihesu Cristi, 10
que tu plena gracia
uerbo concepisti
castitatis lilium
neque perdidisti,
sed eterni | filium 15
patris genuisti.

Aue, de qua nascitur
noster aduocatus,
et de cuius pascitur
lacte dei natus; 20
o regina virginum,
queso, sit placatus
per te deus omnium,
puer nobis natus.

Aue, plena gaudio 25
mater inquam dei
resurgente filio
tercie diei
in aurora, nuncia,
per quam uere spei 30
nobis datur gracia,
confitemur ei.

Aue, nostrum gaudium,
leta, que uidisti
ascendentem dominum, 35
quem tu peperisti.
o uitis fructifera,
sponsa Ihesu Cristi,
salua nos et libera
de timore tristi. 40

Aue, plena gracia,
uirgo coronata,
summa cum leticia
celo collocata,
spes, o nostra gloria, 45
clemens aduocata,
nobis cum uictoria
sis propiciata.

Per hec quoque wlnera,
uerbi dei cella, 50

mortis tui gracia
pelle dira bella,
atque nos a dentibus,
uirgo, maris | stella,
tarthari sedentibus 55
eripe, puella. Amen.

XCIII. PATER SANCTISSIME NOBIS GREGORI.

DE QUATUOR PATRIBUS ECCLESIÆ ET DE S. ANDREA APOSTOLO.

DE SANCTO GREGORIO VERSUS.

O Pater sanctissime nobilis Gregori,
fac me, pater inclite, ita mundum mori, [dum mori,
quod placere valeam meo creatori,
ne amittam gaudia supernorum chori.

DE SANCTO AUGUSTINO VERSUS.

Tu excellentissime doctor Augustine, 5
fac, vt digne seruiam celesti regine,
ne cadam in laqueos fraudis satanine,
vt in celis gaudeam tecum sine fine.

DE SANCTO AMBROSIO VERSUS.

Presul preclarissime doctorque Ambrosi,
fac quod me non maculent actus criminosi [minosi
nec in me prevaleant hostes tartarosi
michi neque noceant demones exosi.

DE SANCTO IHERONIMO VERSUS.

O felix Iheronime, scripture translator,
fac vt pius conditor meus sit amator,
quod me non apprehendat callidus temptator, 15
tecum vt efficiar celi habitator.

DE HIIS SANCTIS DOCTORIBUS QUATUOR SIMUL.

O patres ecclesie, vestrum laudatorem
promouete precibus apud redemptorem, [rem,
vt per vos effugiam inferni furorem
ac vobiscum sentiam celicum odorem.

DE S. ANDREA APOSTOLO VERSUS.

Andrea mitissime, qui tormentum crucis
passus es viriliter, me consortem lucis
facies perpetue, vt spretum caducis
per hos dignos famulos viam Cristo ducis.

XCIV. AVE, MATER DOMINA DE HUMILITATE.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

AUe, mater domina
de humilitate,
aue, felix femina
nitens puritate,
aue, scandens culmina 5
glorie beate.
Maria, culpabili
cares corruptela,

Maria, laudabili
affluis medela,
Maria, laudabili
nos seruas tutela.

Gratia preueniens
te sanctificauit,
gracia proficiens
te inhabitauit,
gracia perficiens
te magnificauit.

Plena uerbi numine
summa creatura,
plena sacro flamine
paris uirgo pura,
plena dei lumine
illustras obscura. |

Dominus ingenitus
pater te elegit,
dominus te genitus
matrem preelegit,
dominus te spiritus
fecundatam regit.

Tecum tota trinitas
manet deitatis,
tecum est humilitas,
uerbum veritatis,
tecum est fecunditas
et flos puritatis.

Benedicta viscera,
que deo parasti,
benedicta latera,
quibus coruscasti,
benedicta ubera,
quibus hunc lactasti.

Tu in mulieribus
summe sublimaris, 10
tu in mulieribus 45
sola uirgo paris,
tu in mulieribus
es et stella maris.

Et exstas sublimior 15
in trono celorum, 50
et es gloriosior
choris angelorum
et post Cristum sanctior
cetu beatorum. 20

Benedictus preditus 55
pater te creauit,
benedictus genitus,
qui de te manauit,
benedictus spiritus 25
qui te consecrauit. 60

Fructus uite celicus, |
cibus sacramenti,
fructus es saluificus
prebens robor menti, 30
fructus es angelicus, 65
splendor firmamenti.

Ventris in hospicio
claudis infinitum,
ventris in sacrario 35
fructum fers mellitum, 70
ventris almo gremio
paris deum situm.

Tui wltus claritas
mirum dat splendorem, 40
tui partus nouitas 75
conseruat pudorem,

tui fructus bonitas
superat dulcorem.

Ihesus, sol iusticie,
salus viatorum, 80
Ihesus, fons leticie,
decor premiorum,
Ihesus, splendor glorie,
lux est beatorum.

Virgo, flos mundicie, 85
stellis coronaris,
virgo, mater gracie,
sole prelustraris,
virgo, datrix uenie,
lune principaris. 90

Mater dei-hominis,
pax eternitatis,
mater expers criminis,
norma sanctitatis,
mater dei luminis, 95
fons es pietatis.

Dei sponsa fulgida,
candor | lucis uere,
dei cella nitida,
nostri miserere, 100
dei mater splendida,
semper nos tuere.

Ora tuum filium,
ut viuamus tute,
ora regem omnium, 105
nos seruet virtute,
ora natum proprium
pro nostra salute.

Pro nobis precantibus
tu es sublimata, 110
pro nobis errantibus
assis aduocata,
pro nobis orantibus
posce cuncta grata.

Amen, eterno numini 115
gloriam canamus,
amen, deo-homini
gracias agamus,
amen, matri-virgini
laudes referamus. 120

XCV. AVE, VIRGO BENEDICTA.

DE B. MARIA VIRGINE.

AUe, uirgo benedicta,
per quam Eva maledicta
meruit remedium;
salue, mater saluatoris,
uas electum creatoris, 5
decus celi ciuium.

Aue, mater gloriosi,
per quam caput uenenosi
serpentis conteritur;
salue, mundi lux et uita, 10
preciosa margarita,
per quam mors occiditur.

Aue virgo, portans florem
Ihesum Cristum redemptorem,
qui gubernat omnia; 15
salue, plena graciarum,
consolamen animarum,
mundi spes et gloria.

Aue, mater tui patris,
per quam Eue, prime matris, 20
deletur flagicium;
salue, pia et benigna,
que fuisti sola digna
mundi ferre precium.

Aue uirgo, ante partum 25
et in partu et post partum
exstans sine macula;
salue, sponsa veri sponsi,
quam elegit pater sponsi,
deus ante secula. 30

Aue, salus pupillorum,
vita, panis angelorum,
de qua Cristus nascitur;
salue, decus mulierum,
de qua lux, Cristus, dierum 35
verus dies oritur.

Aue, uirgo Israhelis,
ad quam missus est de celis
summus dei nuncius;
salue porta, per quam ire 40
nemo potest, nec transire,
nisi dei filius.

Aue, mundi reparatrix,
perditorum restauratrix,
virginum pijssima; 45
salue, mater speciosa
super omnes et formosa,
sanctorum sanctissima.

Aue, uirgo salutaris,
que Maria nuncuparis, 50
stella maris lucida;
salue uirgo, salus gregis,
aue mater summi regis,
virga Yesse florida.

Aue, nomen venerandum, 55
iure uero deprecandum
summa cum fiducia;
salue, dulce nomen, aue,
gloriosum et suaue,
dignum laude propria. 60

Aue, uirga, radix Yesse,
cuius mundus sic inesse
meruit per merita;
salue, aue, sancta parens,
omni labe prorsus carens, 65
salue, uirgo inclita.

Aue, que nos tuo nato
prece commendas placato,
celi tradis gaudia;
salue virgo, quam amare 70
cunctos decet et laudare
cum omni leticia. Amen.

XCVI. RECORDARE, MATER CHRISTI.

DE SEPTEM DOLORIBUS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.



Ecordare, mater Cristi,
quam turbata tunc fuisti,
cum predixit gladium
Symeon pertransiturum
mentem tuam, moriturum 5
tuum notans filium.

Memor ergo, o Maria,
virgo dulcis atque pia,

quantus dolor irruit
in te, cum puer amissus,
triduo de celo missus
Ihesus non conparuit.

O Maria, maris stella,
mortis saluans nos procella,
habe in memoria,
in te quanta pena ruit,
Ihesus quando raptus fuit,
mundi lux et gloria.

Memorare, o regina,
quam doloris magni spina
tuum lesit animum,
cum in cruce tu pendentem
aspexisti morientem
Ihesum, Cristum, dominum.

Et memento, quam turba ta
quamque tristis tunc, beata,
tua fuit anima,
quando mortuus est datus
brachia in tua natus
tuus, mundi domina.

Horum omnium dolorum,
imperatrix angelorum,
memor, clementissima,
ne uereris me defessum
salua et culpis oppressum
in hora nouissima.

XCVII. SUMMI REGIS MATER ET FILIA.

DE BEATA MARIA VIRGINE.



Ummi regis mater et filia,
tuo vincens splendore lilia,
infinita plaudens leticia
te celestis honorat curia.

Decorata sublimi solio,
tuo regnans vna cum filio,
nos gementes in hoc exilio
consolare tuo auxilio.

Te scripture locuntur ueterum,
te formator elegit syderum,
per te mundus excepit puerum,
iugum legis qui soluit asperum.

Per te, mundi tocius domina,
peccatorum soluentur crimina
et per tua nobis munimina
Babilonis siccentur flumina.

Tribus Iude, propago nobilis,
vniuerso mundo laudabilis,
porta Syon inexpugnabilis,
peccatorum prece flexibilis,

In te sperant eciam miseri,
qui pro culpis merentur atteri,
et erepti de fauce inferi
natum tuum secuntur liberi.

Fons ortorum, aquarum puteus,
via lucis, | splendor sydereus,
tibi chorus plaudet ethereus,
te formidet princeps thartareus.

Dei templum, regalis ciuitas,
quam fundauit ipsa diuinitas,
terra, vnde orta est veritas,
qua nos penas vincamus debitas.

Portam clausam vidit Ezechiel,
per quam solus transit Emanuel:
hec te signat, saluatrix Israhel, 35
quam intactam affatur Gabriel.

Quam celestis salutat vernula,
prophetarum promunt oracula,
hanc te nostra mirantur secula,
tu es nobis viuendi regula. 40

Stella maris, sic enim diceris,
te precamur, ne nos despexeris,
ad hoc enim electa crederis,
vt salutem reportes miseris.

Per te summum dei consilium 45
visitauit nostrum exilium,
benedicta, que tale gaudium
protulisti uotis fidelium.

Adam enim humano generi
edidisti | nouum pro ueteri, 50
cui per te conformes fieri
deprecamur serui et liberi.

Per te, maris stella clarissima,
renouatur peccatrix anima;
per te quippe resurgent infima, 55
dum est dragma reperta perdita.

Tu uelamen legis in litera
remouisti, uirgo puerpera,
ex te uenit lux salutifera,
per quam patent et lex et litera. 60

In te finit figure cecitas
et iam patet scripture veritas,
per te nostra scandit humanitas
paradysi sedes prohibitas.

Virgo celi terreque domina, 65
quam sanctorum collaudant agmina,
benedicta plus omni femina,
nostras, queso, mentes illumina.

Esto nobis in adiutorium
illum tuum orando filium, 70
qui per ligni vitalis precium
captiuauit hostem Egipcium.

Tum propago regalis germinis
et humane decus originis
in eterni lumine numinis 75
verum corpus ves|tiuit hominis

Et processit mirabiliter
deus fructus, homo veraciter,
quem sic natum credimus firmiter,
ipsum ora pro nobis iugiter. 80

Botrus Cypri, rosa de Yericho,
nardo conpar et malo punico,
presignata cantu prophetico,
nos defende munere celico.

Quamuis propter peccata grandia 85
omni simus indigni venia
tuo tamen, que potes omnia,
interuentu nos reconcilia.

In te omnes habundant gracie,
in te nobis est spes leticie, 90
cum sis mater misericordie,
non fraudemur a dono venie.

Cum electos omnes considero,
ex hijs tibi nullum equipero,
sol de cuius processit utero, 95
sana wlnus, quod in me tolero.

Que fouisti corpus dominicum
excludendo ritum iudaicum:

ego, talem dum quero medicum,
consolamen non spero modicum. 100

Felix mater, | regina seculi,
spes salutis fidelis populi,
ad te nostri leuantur oculi,
ut nos iungas ad capud anguli.

Educ vinctos de mortis carcere, 105
quos fatigat hostis a latere!
ipsum, uirgo beata, contere
et nos tuo conserua munere.

Illud nobis confer auxilium,
quo auertas limine inpium, 110
ne ad nostrum hostis exitium
vllum ferat de nobis gaudium.

Ipse, cuius omnipotencia
te prouidit ad nostra gaudia,
infinita sua clemencia 115
per te nobis det vite premia. Amen.

XCVIII. MARIA, VIRGO VIRGINUM.

CONFESSIO PECCATORIS AD BEATAM MARIAM VIRGINEM.

MAria, uirgo uirginum,
que genuisti dominum, |
triumphatorem sabuli,
reparatorem seculi.

Ego peccator nimium 5
a te posco remedium:
esto, patrona, misero
nunc salus et defensio.

Incumbunt hostes vndique
mortem querentes anime: 10
foris peruersi homines,
intus maligni demones.

Nam michi multa wlnera
infixa sunt, o domina,
que, nisi tu curaueris, 15
sunt michi causa funeris.

Consensi iam swadentibus
mortale crimen hostibus;
ob illud reus teneor:
culpam meam confiteor. 20

Nam quinque sensus corporis
effeci portas criminis, |
pulchra videndo cupiens,
lenia tangendo diligens.

Audiui libens turpia, 25
narraui gaudens friuola,
nares repleui sepius
illicitis odoribus.

Esu potuque dulcium
sum delectatus nimium, 30
peccaui per superbiam
et per inanem gloriam.

Fefelli sepe proximum
falsum per testimonium,
pollutus sum periurio, 35
contaminatus odio.

Ire et auaricie
seruiui et luxurie,
in corde et in anima
conmisi multa crimina. 40

Nam, corpus quod non potuit,
mens perpetrare uoluit. |

me turpis cogitacio,
me pestilens locucio,

Me culpa dampnat actuum 45
et nequicia sensuum:
hec tibi nunc confiteor,
tu cunctis sanctis sanccior.

Tu culpam meam suscipe
et dignum penis eripe, 50
exora tuum filium,
ut dat michi remedium.

Ex tua carne genitus
fauebit tuis precibus,
ex te nam qui se peperit, 55
nichil negare poterit.

Per eius natalicium
et per eius ieiunium,
per asperas iniurias,
sputa, flagella, alapas, 60

Quas sponte sua pertulit,
qui se pro nobis obtulit, |
et per uestem coccineam
et per coronam spineam,

Per clauos, per patibulum 65
et per mortis supplicium,

per lacrimarum pocula,
aceti, fellis pabula,

Per aperturam lateris,
per riuos sacri sangwinis, 70
per sanctam eucaristiam
et per baptissmi graciam,

Per sacramenta fidei,
que corde credens didici,
imploro te, pijssima, 75
pro impetranda venia,

Ut sua michi passio
culparum sit remissio
et sua resurrexio
malorum diminucio, 80

Suaque sit ascensio
virtutum augmentacio, |
spiritus sancti missio
grata propiciacio,

Ipsa te capitulante 85
filio tuo prestante,
qui cum deo patre et spiritu sancto
viuit
et regnat, deus, in secula seculorum. Amen.

XCIX. GAUDE, VIRGO, MATER CHRISTI.

QUINQUE GAUDIA BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

Gaude, virgo, mater Christi,
quæ per aurem concepisti
Gabriele nuntio,
Gaude, quia deo plena
peperisti sine pæna 5
cum pudoris lilio.

Gaude, quia tui nati,
quem videbas mortem pati,
fulget resurrectio,
gaude Christo ascendente, 10
qui in cælum, te vidente,
motu fertur proprio.

Gaude, que post ipsum scandis,
et est honor tibi grandis
in cæli palatio, 15
ubi fructus ventris tui
per te nobis detur frui
in perenni gaudio. Amen.

C. AVE, SACRATISSIMA DEI CREATURA.

HANC ORATIONEM SUBSEQUENTEM SECUNDUM ALPHABETUM CONPILAVIT PAPA URBANUS QUINTUS ET DEDIT CUILIBET EAM DEVOTE LEGENTI AD LAUDEM BEATÆ VIRGINIS DE QUALIBET LITERA ALPHABETI DUOS ANNOS INDULGENTIARUM, VIDELICET UNUM CRIMINALIUM ET ALIUM VENALIUM IN REMISSIONEM PECCATORUM, ET EST QUASI QUIDAM DYALOGUS INTER MARIAM ET PECCATOREM ET SIC INCIPIT ORATIO.

PECCATOR DICIT.


Ue, sacratissima
dei creatura,
simul nobilissima
dei paratura,
cessit beatissima 5
in partuque pura,
tu excellentissima
presens et futura.

PECCATOR.

Beatorum omnium
virgo preelecta, 10
deum deorum omnium
generans perfecta,
tu regina celorum
preminens electa,
nobis per te pateat 15
via, peto, recta.

PECCATOR.

Cuius uis condicionis,
sexus, dignitatis,
qui causa deuocionis
suis pro peccatis 20
te matrem inuocauerit,
hunc absolue gratis
et mansionem sibi dari
iube in regno claritatis.

PECCATOR.

De tua pietate 25
credo, ne desperet,
qui cum suauitate
crimina defleret,
sed honestati tue
semper vt inhereret, 30
ad hoc omnis homo peto
ut fortiter laboret.

MARIA.

Ecce nullum delinquo,
in me qui confidit,
huic ego appropinquo 35
statim, vt elidit
crimina per gemitum,
vel confitendo scidit
ille meam graciam
per optime providit. 40

PECCATOR.

Fundamentum fidei
nostre sis, decora,
fiduciamque simul spei

vltima in hora
relicto hoc exilio
in celum nos ducere labora
et coram tuo filio
iugiter pro nobis ora. 45

MARIA.

Gracia repleta sum
summi saluatoris, 50
que regina nuncupor
veri amoris
et architriclina sum
in angelorum choris
omnibus propino 55
pocula dulcoris.

PECCATOR.

Honor pulchritudinis
tue dignitatis
et decor magnitudinis
tante honestatis 60
te decet permaxime,
vt illa tu grauatis |
uelis condiuidere
more pietatis.

MARIA.

Illos, qui a vicijs 65
volunt resilire,
illos in tristicijs
non sino perire,
sed fluentem graciam
illis inpartire 70
cupio, vt appetant
iusticiam sitire.

PECCATOR.

Caritatis viscera
nobis demonstrato,
honestatis munera 75
nobis propinato,
relicto hoc exilio,
tuo quoque nato
rite collocemur in
celo Cristo dato. 80

MARIA.

Leges cum theoloya
hoc de me fatentur,
canones cum melodya
michi congratulentur,
quod anime fidelium 85
per me redimentur,
itaque penas infernales
nullas patientur.

MARIA.

Mater ergo facta sum
propter peccatores, 90
de quibus forent aliqui
facti meliores,
illis sum subsidium,
qui corrigunt errores,
et multos coram filio 95
habebunt honores.

PECCATOR.

Nobilis generosa
Cristi imperatrix,
nobilis fructuosa,
esto aduocatrix, 100
humilis et formosa,
nostra reformatrix, |
in te confitentibus
sis semper reparatrix.

MARIA.

O, dic inde, famule, 105
es quem perscrutatus,
qui postulauit graciam
et est condempnatus?
multos cum Theophilo,
qui fuit desperatus, 110
sepe consolata sum,
ut ipse sit beatus.

PECCATOR.

Peccata nostra nimia,
hev! sunt infinita,
delicta quoque crimina, 115
proch dolor! in vita
contra deum fecimus,
peto, redde quita,
que non emendauimus,
dele, margarita. 120

MARIA.

Queso, dilecte fili,
verbis cum sinceris,
funde preces sine mora,
taliter mederis
cum dolore cordis et 125
gemitibus moueris,
vitam ducas contemplatiuam,
sic semper mecum eris.

PECCATOR.

Rebus transitorijs
difficulter cedo, 130
penis castigatorijs
invitus tamen ledo,
sed precellenti gracie
tantum tue credo,
qua propter tuo filio 135
tibique semper me do.

MARIA.

Serue, serua mea scripta
et que tibi dico,
ego licet sim benedicta,
non tamen maledico, 140
te conpono deo tuo,
ne cum inimico |
tibi merces condonetur
nvnc et in antiquo.

PECCATOR.

Tanta simul virtus, fides 145
de te recitatur,
illum scio non elides,
qui de te gloriatur,
sed a tuo filio
ille coronatur 150
et per tuam pietatem
post hoc condonatur.

MARIA.

Vita, o dulcissime,
foret tibi data
et sanis quiuis sensibus 155
fuisti adornata
nobile per animam
sunt membra decorata
custodi hanc a vicijs
sic erunt deo grata. 160

PECCATOR.

Criste, tua loquitur
mater valde dure;
licet consoletur me,

tamen valde pure
michi dat intelligere,
quante sunt pressure,
quapropter, Ihesu bone, me
conmendo tue cure.

DOMINUS.

Ymmo, fili, mater mea
loquitur aperte, 170
cunctos vtriusque sexus
asserendo certe,
licet meus natus tis
frater sit aperte,
te vero locat cum electis 175
gratis, scias certe.

PECCATOR.

Zelus nostrum te celato,
donec nos deflere
possumus nostra crimina,
nostrique miserere; 180
grauiter offendimus
te, taliter medere:
cum celorum ciuibus
fac nos celum possidere.

Et ob hoc qui legerit 185
suis pro peccatis
et gracias exegerit
matri pietatis,
ut ille memor mei sit,
vt cito cum beatis 190
dominus nos collocet
in regno claritatis.

DOMINVS.

Congregando congregabo
illos, qui fecerunt
mei patris voluntatem 195
michique crediderunt
et pietatis opera,
quando conpleuerunt
illos hoc certifico:
semper mecum erunt. AMEN. 200

CI. O MARIA, STELLA MARIS.

ORATIO BREVIS ET VALDE BONA DE DOMINA NOSTRA.



O Maria, stella maris,
medicina salutaris
corporum et cordium,
fons signatus, clausus ortus,
via pacis, vite portus, 5
pauperum suffragium.

In hac valle lacrimarum,
in hoc loco tenebrarum,
contra fraudes hostium
nos custodi, nos defende, 10
sis adiutrix et inpende,
quod est necessarium.

Ihesu, fili svmmi patris,
Ihesu, fili svmme matris
et intacte virginis, 15
qui de celis descendisti
et descendens induisti
veri formam hominis:

Genitricis pia prece
nos a luto, nos a fece 20

peccatorum ablue
. . . .
. . . .
. . . .
Gloriosa dei mater, 25
cuius natus exstat pater
patris vnigenitus,
cuius aluum preparauit
primum Dauid preoptauit
vtriusque spiritus: 30

Intercede pro peccatis
apud fontem pietatis
et misericordie:
fac nos vere penitere,
fac nos conmissa deflere, 35
tempus adest venie.

CII. AVE, LUCIS SPECULUM, VIRGO GENEROSA.

SEQUITUR SALUTATIO ANGELICA VALDE DECENTER CONPOSITA, QUÆ ET MAGNAS HABET INDULGENTIAS. HANC ORATIONEM DIC CUM INTENTIONE BONA ET FRUCTUM IN EA INVENIES.

AUe, lucis speculum,
virgo generosa,
pudoris signaculum,
stella luminosa,
que saluasti populum, 5
mater gloriosa,
pariendo paruulum,
tu vere legis glosa.

Maria, fons gracie,
decus castitatis, 10
fons misericordie,
forma sanctitatis,
radix innocencie,
stella puritatis,
sedes sapiencie, 15
templum deitatis. |

Gracia multiplici
vere decoraris,
que dono septemplici
spiritus ornaris, 20
credens verbo simplici
virgo Cristum paris
et mireris effici
parens expers patris.

Plena medicamine, 25
puteus dulcoris,
nitens pulchritudine,
vinculum amoris,
culpe carens germine,
salus peccatoris, 30
absque viri semine
mater saluatoris.

Dominus, rex omnium,
deus maiestatis,
mortis exterminium, 35
fonsque bonitatis,
dulce refrigerium,
auctor pietatis
te fecit sacrarium
sancte trinitatis. 40

Tecum, pura virgine,
verbum incarnauit
se rorante flamine
sicque liberauit

populum a crimine
teque consecrauit
et in celi culmine
summe sublimauit. 45

Benedicta domina,
lumen angelorum,
sursum super agmina
regnas electorum,
mundi mundans crimina, 50
medela langworum,
serua nos, ne sarcina
premat peccatorum.

Tu in mulieribus,
mater, dominaris, 55
cum precellas omnibus,
virgo singularis;
nostris fulge sensibus,
fulgens stella maris,
et a cunctis hostibus 60
semper tuearis.

Et quis potest promere
laudes matris tante,
que deum concipere
spiritu conflante 65
meruit et parere
virgo post et ante?
deus pius viuere
det, ipsa rogante.

Benedictus genitus 70
patri coequalis,
in secreto conditus
aule virginalis
descendit diuinitus
fieri mortalis, 75
cuius nos interitus
protegat a malis.

Fructus hic mirabilis, 80
fructus gloriosus,
fructus ineffabilis,
fructus copiosus,
fructus venerabilis,
fructus preciosus 85
fructusque parentilis,
valde deliciosus.

Ventris habitaculum
digne conmendatur,
in quo pacis osculum 90
mundo reformatur,
qui non nouit masculum,
venter fecundatur,
in quo vite pabulum
cunctis propinatur. | 95

Tui ergo famuli
gracia renati
supplicamus seduli
sancte trinitati, 100
ut in fine seculi
simus ei grati
et regnemus singuli
celo coronati.

Amen, virgo regia, 105
nimis insignita,
precellenti gracia
fac nobiscum ita,
ut, mvndi miseria
per mortem finita, 110
perfruamur gloria
in celesti vita. Amen.

CIII. GAUDE, PLAUDE, CLARA ROSA.

INCIPIT CANTICUM BEATI BERNHARDI DE LAUDE BEATÆ VIRGINIS GLORIOSÆ DEI GENITRICIS MARIÆ AD SEPTEM HORAS CANONICAS.

AD MATUTINAS.


Aude, plaude, clara rosa,
esto mesto, cara, prosa,
salutanti, supplicanti,
te roganti dic amanti:
in Cristo te seruauero! 5
Ex quo nusquam es, Maria,
absque trinitate pia
et omni choro sanctorum,
hoc corda mouet tuorum
et me, qui te desidero. 10

Gaude Maria valde grata,
non ingrata, sed parata
sis indigno famulanti,
te instanter collaudanti,
accepta hoc, quod profero, 15
Colens, volens te sentire,
que sis piis, me fac scire,
intuentem me tuere,
sinum tuum da patere
peccatori misero. 20

Gaude, mere speciosa,
cui clamo rosa, rosa
pulchra nimis et formosa,
super omnes amorosa,
tu sola sine conpare. | 25
Gaude, mea tu dulcedo,
vere dulcis plus quam medo,
tu cor meum dulcorare
et me debes ebriare
voluptuoso nectare. 30

Gaude, cuius wltus ridet,
o quam felix hic, qui videt!
hic, qui videt, ammiratur,
gaudet, ardet, inflammatur
amore tuo saucius. 35
Gaude, felix et decora,
gaude, gaude omni hora,
cuius amor est ut mel,
cuius sapor nescit fel,
qua nichil sapit laucius. 40

Gaude, cuius ad aspectum
meum patet imperfectum;
quod tu, mater pia, vides,
vides quidem, nec derides
misericors conpaciens; 45
Ad me vide wltu leto,
corde clamans inquieto,
da despecto et neglecto,
quod affecto, quod exspecto
in multis insufficiens. 50

Gaude, mea mediatrix,
mea sola consolatrix,
mea mater et amatrix,
mei hostis inpugnatrix,
o felix, quem inhabitas! 55
Gaude semper et exulta,
auro, gemmis bene culta;
mea mens ad te suspirat,
qui non amat te, delirat,
o amor et amenitas! 60

Gaude, leta sine meta,

mitis, suauis et quieta.
eya, cara mater, vide,
vide me in tua fide,
te diligentem dilige. 65
Gaude, quies cordis mei,
o sollempnis sponsa dei:
quod ab ore meo meat,
fac, ut in cor tuum eat,
huc aurem tuam erige. 70

AD PRIMAM.

Gaude, cuius post odorem
cor mouetur in amorem;
foues illud, ne frigescat,
mones illud, ne lentescat,
dicens: cur non curritis? 75
Gaude, cuius vox est illa,
que nos lactat vt mamilla:
omnes vos ad me transite,
me gustate, me sentite,
vos qui me concupiscitis. 80

Gaude, que ad tuos clamas,
quos vt pia mater amas:
ego mater sum amoris,
spei magne et timoris
et claritatis speculum. 85
Gaude, pura tu puella,
dominantis domicella,
cuius tuto sub mantello
nullus timor est misello,
sed timido latibulum. 90

Gaude mater, quam, qui audit,
contra carnem aurem claudit, |
quam audire nulli graue,
quam sentire, o quam suaue
tu omnibus es omnia. 95
Gaude festa, nunquam mesta,
tu modesta, tu honesta,
gaude, gaude, bona mater,
in qua gaudet deus pater,
in cuius gaudes curia. 100

Gaude, gaudens sine fine,
o magistra discipline,
cuius scolam frequentare,
cuius virgam supportare
non grauat tuos filios. 105
Gaude, valde diligenter
diligentes te ardenter,
si quid errant neglienter,
nescienter aut scienter,
fac pene, culpe nescios. 110

Gaude, plus quam vehementer
te amantes tam libenter
veneramur reuerenter,
salutamus te frequenter,
attende, o karissima. 115
Gaude, gignens deo natum,
tractans lactans osculatum,
reuerenter diligenter,
quo me frui da frequenter,
alumpna fecundissima. 120

Gaude, pro merore tristi
quem in morte tui Cristi
illa dura in tortura
et clauorum in fixura
tulisti, amantissima. 125
Gaude, iste surgens scandit,
dona sua suis pandit,
quibus vngi et mederi

semper frui et doceri
da, consolatrix optima. 130

AD TERTIAM.

Gaude, clara multis signis,
cuius amor globus ignis,
carbo, lampas, fax, scintilla,
tu insignis, tu pusilla,
tu talis, qualem querimus. | 135
Gaude, cuius dulcis amor
est in corde fortis clamor,
qui dum presens experitur
cor et pectus aperitur:
exultat ardens animus. 140

Gaude, suauis amorosa,
consolatrix fructuosa,
sapis nobis, o quam bene,
cuius vene, melle plene,
dulcedo iubilantium. 145
Gaude, virgo verecunda,
rubicunda, letabunda,
cuius wltum, quis, qui videt,
de te cantat, de te ridet,
nam formas vincis omnium. 150

Gaude, cum hijs, qui te amant,
de te gaudent, qui proclamant,
quorum cor te contemplatur,
conplexatur, nec vexatur,
sed totum in te rapitur. 155
Gaude, gaude, dico tibi,
o quam dulce est, quod bibi,
qui te querit, nunquam perit,
tu quem amas, tuus erit,
beatus, qui te sequitur. 160

Gaude, cuius a feruore
cor ebullit in amore,
quod a motu vix quiescit,
ingemiscit, si frigescit,
quem tangis, ardet dulciter. 165
Gaude, mecum tu in mente,
tuus ero te fauente,
non inanem me transibis,
ymmo tota mecum ibis, |
mansura mecum iugiter. 170

Gaude, rosa speciosa,
super rosam tu formosa,
tu es rosa singularis,
sola rosa tu vocaris,
tu lilium et vyola. 175
Gaude suauis, plena fauis,
blanda caris, nulli grauis,
cordi meo coniugaris
et cor meum alloquaris,
sed fac, ut spernam friuola. 180

AD SEXTAM.

Gaude, pura creatura,
gaude semper gauisura,
pulchra nimis intus, foris,
fons dulcoris, fax amoris
et pectoris incendium. 185
Gaude laude infinita,
redimita margarita,
in regali throno sita,
tuus amor mea vita
et meum desiderium. 190

Gaude, tota purpurata
vinis, stellis constellata,
tu celorum es prelata,
eleuata, non elata,

subiecta regens ethera. 195
Gaude, cuius in corona
perfectorum lucent dona,
cuius splendor est ut ignis,
cuius honor est insignis:
quis potest fari cetera. 200

Gaude, cuius in aspectu
amor ardet in affectu: |
mei patet cordis bulla,
cuius scatet iam medulla,
o cara, veni, propera. 205
Intra, dulcis, meum tectum,
natum tecum fer dilectum,
in me sterne tuum lectum,
quia meum scis affectum:
te diligo, considera. 210

Gaude, cuius ardet sinus,
in quo sol lucet diuinus,
tuos seruos hic in vita,
egressuros de hac vita
tu trahe nos non altera. 215
Dulce nimis est, quod sapit,
in quo tuus amor capit,
lingwa carnis obmutescit
et vox cordis non quiescit,
mens langwet amorifera. 220

Gaude nunc, dilecta mea,
cuius vadunt in chorea
omnes tui speciales
speciosi conmensales
cantantes nouum canticum. 225
Gaude, dulcis philomena,
cuius vox amore plena,
tua suauis cantilena
laus sanctorum est amena
et gaudium angelicum. 230

AD NONAM.

Gaude, clara lux solaris,
que nos queris, ut queraris;
lassos pie prestolaris,
accurentes amplexaris
conpassionis brachio. | 235
Ad te vadam corde leto,
vbi loquar in secreto.
hoc, quod peto, prompte dabis,
temetipsam non negabis,
ut dixi, ecce, venio. 240

Gaude, decor virginalis,
tu conserua me a malis
et in tua laude vere
dona, virgo, me gaudere,
gaudencium leticia! 245
Gaude, gaude more miro,
tu es mater absque viro;
te amantem audi, precor,
sine causa te non sequor,
o dulcis amicicia. 250

Gaude propter illud aue,
cordi tuo tam suaue:
totus manet deus tecum,
tota secum, tota mecum,
et mea tecum anima. 255
Gaude, cuius cor oblectat,
cum te nostra mens affectat,
salutata gratularis,
assum! dicis, dum vocaris,
o mater amantissima! 260

Gaude fons, que non siccaris,

o quam suauis, dum gustaris!
amor tuus viuus riuus
per medullas transitiuus,
beatus, quem inebrias. 265
Te qui bibit, non peribit,
sed amare qui te quibit;
te qui edit, non abscedit,
sitibundus sponte redit,
me foras non abicias. 270

Gaude, mea diues hera,
tota mea spes reuera:
audi me in veritate
et in vera caritate,
scis quia te desidero. 275
Viues, viues, semper viues,
cuius clari sunt conciues;
is, qui dicit tibi: gaude!
semper tecum sit in laude
in electorum numero. 280

AD VESPERAS.

Gaude, sedens in decore,
semper ardens in amore,
cuius wltum concupiscunt,
te amare qui addiscunt,
te solam et non aliam. 285
Gaude, rosis coronata,
omni flore purpurata,
cuius fulgens indumentum
est candoris blandimentum,
honorans celi curiam. 290

Gaude, vernans paradisus,
in quo viret noster visus,
de quo surgit flos decoris,
de quo fluit fons dulcoris
et omne, quod est optimum. 295
O amena vite vena,
langwet mea mens egena;
nil est valens te non habens,
perit valens male thabens,
frigentem foue animum. 300

Gaude, cara, valde clara,
tu Maria non amara,
michi, precor, applicare
et quam diues sis appare,
nam satur est, quem sacias. 305
O regina, sis vicina,
o dilecta, non declina,
me frequenta, me sustenta,
michi semper sis intenta,
nec debilem abicias. 310

Gaude mater, ad te curro,
tu auschulta, quod susurro:
aue, gaude! ad te clamo,
te, ut possum, totus amo
et cum totis viribus. 315
ante thronum, o decora,
dulcem prolem pro me ora;
quod tu rogas, prosequaris,
datur tibi, quod precaris,
pre angelorum milibus. 320

Gaude, mea procuratrix,
peccatorum excusatrix,
leua fessum, fedum laua,
terge, tege facta praua,
da caste, caute viuere. 325
Gaude, virga nunquam arens,
aret autem tui carens,
tuo florens in amore

stet cor meum in virore
et meditetur libere. 330

AD COMPLETORIUM.

Gaude, lux indefectiua,
tenebrarum expulsiua,
nutritiua caritatis,
Cristi cara, cara satis,
super modum amabilis. | 335
Gaude meum fauens audi,
hoc inscribe tue laudi,
vt sic dulce, sic suaue
tuum aue michi faue,
mater desiderabilis. 340

Gaude virgo, carens pari,
que sit digna sic vocari,
quam amarem, ad quam irem
tuam suauem cum te scirem,
que nullam habes similem. 345
Gaude, mundi clara dies,
cordi meo tota quies,
ne sit amor sine causa,
hac in nocte mecum pauza,
da mentem castam, humilem. 350

Gaude, rosa caritatis,
ammirande suauitatis,
toto corde conplectenda,
et nequaquam dimittenda,
sed salutanda dulciter. 355
O dilecta, meum lectum
purga, purum dans affectum,
in quo simul collocemur
et cum Cristo connectemur
ardenter et sinceriter. 360

Gaude, plaude, cara mea,
mentem sanctam in me crea,
ut sopiti cordis vapor
sit amoris dulcis sapor
et suaue desiderium. 365
O iocunda, me circumda
caritatis manu munda,
ut amare te asswescam
et amare non quiescam: |
da michi te in premium. 370

Gaude, semper tota mecum,
audi clemens vota precum,
gaude leta plus quam satis,
laudes mee prauitatis
in tuis sonant auribus. 375
Cara mea, requiesce
et ut sol in me diesce,
totum tibi me conmendo,
tu excusa, quod offendo
diebus atque noctibus. Amen. 380

CIV. GAUDE, VIRGO, MATER CHRISTI.

DE SEPTEM GAUDIIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.


O Maria!
Gaude, virgo, mater Cristi,
aue, sacrum que sumpsisti
Gabrielis nuncio!
Mox per pnevma concepisti, 5
sine viro tu mans, isti
plena dei filio.
Ad hoc namque tu fuisti

apta prius quam tulisti
deum matris vtero, 10
Digna facta ac vixisti
atque tuta, quod nequisti
vnquam subdi vicio.
Tu montana conscendisti,
matri uatis seruiuisti, 15
suscepta cum gaudio.
Ioseph iusto, stupro tristi,
ortus, fructus, nomen Cristi
reuelatur sompnio.

Ergo gaude, omni laude 20
digna plaude, sine fraude
me fac absque scelere. |
Esto mecum, vt sim tecum
sequens equum regnem secum,
qui sedet in ethere. 25
Ut te queam venerari
in te semper et letari,
hoc est meum petere;
Nam, qui tibi famulari
student, numquam hij dampnari 30
possunt vllo federe.
Ergo cara, mater leta,
dei ara, hac in meta
nitor me prouoluere
Tibi gratum verbum bonum, 35
te et natum super thronum
laudans, aue! promere.

O Maria!
gaude, vt abs viro plena
sic tu paris absque pena 40
Cristum sine macula.
Angeli mox cantilena
psallunt dulci ac serena:
in excelsis gloria!
Pannis voluens super fena 45
lacte pascis, casta cena,
amplectens per oscula. |
Post hec fers, virtutum scema,
templo te, ignorans cena,
purgans, o purissima. 50
Moxque verba per amena
laudant Cristum, lucem veram,
Symeon et vidua:
Audis, quod post lustra sena
astans, cernens flente gena 55
mucro ferit animam.

R. Ergo gaude, omni laude vt supra.

O Maria! 75
gaude, mox post partum natum
tibi et per orbem latum
choruscant miracula;
Nam pastores lumen gratum
uident, currunt, colunt natum, 80
orant ad presepia.
Angelorum famulatum
obstetricum vice datum
habes, iocundissima,
Tempus noctis illustratum | 85
solis instar te et natum
colunt, sed et sidera.
Magos stella, signum ratum,
ducit, aurum, thus oblatum,
mirram dant per iubila. 90
Cristum natum, morum pratum,
colunt plastem et perflatum,
fouent animalia.

R. Ergo gaude, omni laude ut supra.

O Maria!
gaude, quia tuus natus
te astante, qui plagatus
et in cruce doluit, 115
Etsi probris sputis datus,
virgis cesus, coronatus,
flens, dolens occubuit,
Nunc perfecte suscitatus
et per se glorificatus 120
tibique apparuit:
Hinc infernus spoliatus
et grex patrum subleuatus
paradisum adijt.
Totus mvndus illi datus, 125
omnis dolor est ablatus,
sol hic iam non occidit.
Nunc in celum sublimatus,
iuxta patrem, cvnctis gratis
regnat vt promeruit. 130

R. Ergo gaude, omni laude, vt supra.

O Maria!
gaude tandem, quod vidisti 150
letabundum wltum Cristi
sanctis cum discipulis.
Dulci nato consedisti
ac cum eo comedisti
Ihesu gaudens epulis. 155
Tuncque leta respexisti
gregem patrum, quos iuuisti
sanctis tuis meritis.
Ascendentem conspexisti
natum, ymmo conscendisti 160
affectu atque oculis.
Sola carne hic mansisti,
tota mente secum isti.
ympnis, tubis, iubilis
Colunt natum greges isti, 165
quos colleuat virtus Cristi,
celi tonant obvijs.

R. Ergo gaude, ut supra.

O Maria!
gaude, pnevma, quod promisit,
natus cito tibi misit
atque sanctis fratribus,
Quos per orbem mox diuisit, 190
per quos feras nos asciuit
gentes ex erroribus.
Fortes vires hinc collisit,
quas cum regno mox amisit
per te hostis inuidus. 195
Ecclesiam accersiuit,
sponsus sponsam, quam quesiuit,
sine ruga candidus.
Hinc laus maior iam exiuit,
quam Iudeus probra quiuit 200
nato dare perfidus.
O quam crebro te reuisit
ac consolans te sanxiuit
letis celi gustibus.

R. Ergo gaude, omni laude, ut supra.

O Maria!
gaude, Cristus visitauit 225
te in morte et gregauit
duces et celicolas,
Palmam misit, hostes strauit,

ducum cohors te portauit
celebrans exsequias. 230
Angelorum chorus canit:
sic plebs credit, que errauit,
adorans reliquias.
Tunc rex corpus, quod se pauit,
letis ympnis invitauit 235
ad celestes epulas.
O quam digne summus Dauid
archam suam tunc portauit,
saltans, tangens cytharas!

Numquam celum sic sonauit, 240
omnis ordo te beauit,
gaudet tota ciuitas.
O quam libens sublimauit,
iuxta se glorificauit
te beata trinitas; 245
Inde hunc, qui hec dictauit,
tibi se qui supplex strauit,
benigne respicias.

R. Ergo gaude, omni laude, vt supra.

CV. VROY DICH, MARIA, GOTIS GEBERIRIN.

GAUDE, VIRGO, MATER CHRISTI.

VRoy dich, Maria, gotis geberirin,
sint du enpfingst obr menschin sin
vom heilgen geiste durch engils grus.
Ivncvrow worist vnd doch swangr vrow,
in kusscheit reine von himels tow, 5
den himl vnd erde nicht slisen mvs,
Den slussistu in dir nvn monden czit
vnd trugst ane swere, der alle ding treit,
vnd brochtst der werlde des vredes kvs,
Dorczu irwelit von anegang 10
durch heilgin stam von gotis vmmevang
geheilgit noch in muter schos.
Mit gruse irstegistu di berge czu hant,
vrolich enpfangen, muter gotis genant
dinetistu der mait vrow drier monden bvs. 15
Ioseph wold dich vorlosin in gotis vurcht,
im trovme vornam her geburt, namen vnd Ihesus vrucht
so wart leit vnd angst getrebin vs.

R. Hyr vm vroye dich, alr eren rich,
gros ewiclich, vnd gdenke vf mich, 20

mache mich von allin sunden rein:
Czuch mich czu dir vnd blib bi mir,
das ich di eer mit steter geer
vor dine, di din son gibt allein:
Das ich dir moge dinen wol, 25
lob, ere, vroide, sagen, als ich zol.
das suche ich vor allir werlde lehn.
Wir wissin vnd geloubin wol.
das nimant kvmt czur hellin quol,
der in dime dinste wil bestehn; 30
Hir vmme, du suze muter werde,
vor dyne vuse ioch czu der erde
val ich vor dir vf mine kni
Und gruse dich, der himmil vrowe,
hilf das ich dich in vroiden schowe, 35
din engilsch aue sprech ich alhi.

Vroy dich, Maria, swangir ane vorruclichkeit,
du geberist Cristum ane smercze vnd wemutikeit
im stalle reine ane gewonlichr geborte mist;
Wen du geburist got heren obr himmils swank, 40
dir dinte mit wunnen der engle gzank:
vrone ere gote, der in der hoen ist!
Mit tuchern hullitstu vf hoy in crippin bort,
du zoygst mit kusschir brust das ewige wort, |
du vmmevingst vnd kustest den zusen Crist. 45
Dyn armut, dinir sechs wochin czyt
mit sogetanen vroidin hoch vnd wyt
troste der here noch gotlichir list,
Dor noch trugstu czum tempel gotes son,
den vrolichin gebenedite der alde Symeon 50
vnd wyssaite dir din grosis liden in kurczer vrist;
Do von hattistu vil manche not,
allein dir syn aneblig ofte vroide irbot,
beide trost vnd wunne vnd rv vnd rist.

R. Hirvm vroy dich, als vor. 55

Vroy dich, Maria, noch gotis geburt vs reinir schos
irschein dir vnd al der werlde ein wundir gros,
als vor gewyssagt vnd geschrebin was: 75
Di nacht was clar, der himmil honig vlos,
der esel vnd der ochse vornvmfte los
erwermten din kint vnd ereten das:
Di hirten horten sogin schone di engle clar,
lifen vnd vunden vnd ereten got in kindis var | 80
mit tuchern vmhullit in crippin vas.
Eyn nuwir stern dry konige dar leitete ouch,
si oppirten im golt, mirre vnd wirouch
vnd anebeteten den koning, der in dinir schos sas.
Sam arm ereten sy den waren Salomon 85
vf sinem vorgoldten helfinbeinen thron,
do her vs sinem slofgadem getreten was.
Mit innigir andacht kniten si vor dir
vnd irboten dime sone gar wirdige er;
nu sich, wi got, din kint, din ni vergas. 90

R. Hir vm vroy dich, als vor.

Vroye dich, Maria, das der, der vor vnsir heil geledin hot
spot, quol, not, geisil, cron vnd des cruczis tot, 110
vor dir, mit dir, din liber son
Volkomen ist (her) irstanden von dem tode gar
von eigener craft mit lichnam clar,
dir vnd den iungern irschein her schon.
Revacche vnd mit vil grosir wunne, 115
mit zusem troste, clar zam di svnne, |
mit guteger rede in lustigem don:
Her lebit! her en lidit, her enstirbit nicht me,
her hat aller dinge gewalt als e;
sich, nv treit her der eren kron. 120
Her brach vnd beroubte der hellin hvs,
her nam sine libin vrunde dor vs,

mit vroiden leite her si in das paradis so schon,
Do her mit in virczig thage bleib,
doch czu troste her ofte czu vch steig, 125
hern kvnd ych nicht vndirwegn lon.

R. Hir vm vroy dich, als vor.


Vroy dich, Maria, czarte muter, wen du sogest 145
dinis sonis antliccze, do du worest
uf dem berge mit allin iungern do;
Wy liblich du mit dime czartin sone zosist
vnd wi gar zuslich du di virdeloge mit im osist,
do her wolde varen kegn himmil ho! 150
Ach vrowe, mutir, wi vro du do worest,
do du di heilgen vetere allezamt zogest, ¦
di dinis sonis vnd din vordinst hatte irlost!
Was dankis si dir do billich mochten sagen,
einr sulchin vrowin, vor eine sulche gnade, 155
von der si durch irn son also wurdin getrost.
Wy gutlich redin, wi zuslich weynen,
was vrolich, wi vruntlich seynen
ist da gewest in den seligen scharn.
Da noch in wunne, in basunen schalle 160
mit Cristo irhuben se sich do alle,
do si nv solden czu himmil varn.

R. Hirvm vroy dich, als vor.

O welch eine schone processio
swang hin kegin himmil do,
da hin dyn begirde was mit zenen!
Di wolkn snel iren schepper vf namen,
vil snel si hin kegn himmel quamen, 185
dornoch trostin dich engele czwene.
Der engle khore im enkegin gingen,
mit wundir vrogin si in entpfingen
vnd vurten in in synis vater rich.
Der enpfing do synen libin son . . . 190

CVI. AVE, PUER PARVULE, CÆLORUM REX SUBLIMIS.

BEATISSIMI PATRIS AC MELLIFLUI DOCTORIS BERNARDI CLAREUALLENSIS ABBATIS DE INCARNACIONE SALUATORIS DOMINI NOSTRI IESU CRISTI FAMILIARISSIMUM DULCILOQUIUM FOELICITER INCIPIT.



Ue, puer paruule,
celorum rex sublimis,
nobilis infantule,
o deus magne nimis.

Aue, admirabilis, 5
fortis et formosus,
quam pulcer, quam mirabilis,
quam totus amorosus!

O meum desiderium,
o Iesu desiderate, 10
o nobile principium,
o deus incarnate.

Uenisti, amantissime,
propter me venisti,
o deus, plus quam optime, 15
nos sic attraxisti.

Salue, salus omnium,
puerule formose,
candens plus quam lilium,
rubens instar rose. 20

Mei cordis gaudium,
mea tu dulcedo,
ad tue matris gremium
propter te accedo.

Vim cordis magnam pacior 25
pellente me feruore,
amore tuo crucior,
iam veni, flos decore.

Da mihi, dilectissima,
tuum da dilectum, 30
mea languens anima
iam patitur defectum.

Quamuis sum pauperculus,
quamuis sum peccator,
tuus tamen famulus, 35
tuus sum amator.

Da, Maria, puerum,
da, quem debes dare,
ueni, salus pauperum,
veni, Ihesu care. 40

Tange me et aspice,
da mihi gustare,
uelle meum perfice,
volo te portare.

Te cupio, te sitio, 45
modo non morare,
in mei cordis gremio
debes repausare.

O sarcina suauissima,
mihi coaptare, 50
nam mea prorsus anima
ardet, tu scis quare.

O sapor omnis gracie,
in me hospitare,
mecum, mecum hodie, 55
dilecte, commorare.

Qui te mee formule
dignaris conformare,
anime da tremule
te leniter tractare. 60

Totus in me labere,
tocius fons dulcoris,
ut te portem patere,
flos rosei decoris.

Ad veri solis radium 65
tu aperi cor meum,
expande late gremium,
presentem habes deum.

Te meis hic in brachijs,
dilecte mi, amplector 70
et totis ex precordijs
tibi condelector.

Ad tam dulcem graciam
totum me distendo,
tamen si presenciam 75
tuam non offendo.

Non debet tua bonitas
inanem me transire,
que tua sit suauitas,
fac me plene scire. 80

Tuum ad pectusculum
totum me inflecto,
ubi dulce osculum
daturus sum dilecto.

Cordi meo proximus 85
super me repausa,
non grauet te, quod agimus,
quia tu es causa.

Tante gratus gracie
te teneo, dilecte, 90
tua fruor facie,
pre milibus electe.

Non est tui similis,
tam pulcer, tam decorus,
iocundus et amabilis, 95
quem laudat celi chorus.

Quam magnus tu, quam paruulus,
quam tener et quam fortis,
tu dominus, tu famulus,
tu nostre consors mortis. 100

Modo te deosculor
et brachijs amplector,
afficior et gratulor
et plurimum delector.

Super hoc pectusculum 105
et vultum meum premo,
affigo cordis osculum,
te mihi tollet nemo.

Te hic inter brachia
totum ad me stringo, 110
amoris hec indicia
nec simulo, nec fingo.

Nil vnquam sensi dulcius,
nec ita sum affectus,
nec vnquam delicacius 115
sum, fateor, refectus.

Amore totus estuo,
fecisti me ardere,
in lacrimis iam defluo,
non possum me arcere. 120

Non possum te dimittere,
digneris hic manere,
et si vis abscedere,
me cogis pro te flere.

Quid tu hoc in stabulo, 125
celorum margarita,

in tam vili lectulo,
quid tu iaces ita?

O decore paruule,
flos nimium formose, 130
amabilis puerule,
figuram ferens rose.

Ubi puluinaria,
vbi pluma lenis
tibi desunt omnia, 135
o quam pauper venis!

Tua membra tenera,
costas infantiles
strata premunt aspera,
panni tegunt viles. 140

Te arte ligat fascia,
qui soluis conpeditos,
humiliant presepia,
qui releuas attritos.

Hinc membra foues tenera, 145
pausas et quiescis,
qui paterna dextera,
quis sit labor, nescis.

Pro pluma iacens vilibus
straminibus subiectis 150
exemplum es humilibus,
egenis et abiectis.

Presepe tuum floribus
purpureo decore
uestiri modis omnibus 155
decebat cum honore:

Gemmis, rosis, flosculis
et lilijs vernare
et preclaris titulis
in auro fulgurare 160

Uniuersis hominum
pre filijs formosum,
quod in se ipso dominum
fert deliciosum.

Ut saccum indueres, 165
te caritas instruxit, |
ut perditos requireres,
ipsa te induxit.

In lecto hoc tam aspero
ipsa te locauit, 170
cui plurimos in posterum
labores procurauit.

Accipe nunc osculum,
indicium amoris,
tuum ad pectusculum, 175
o salus peccatoris!

Tolle tuum puerum,
genitrix formosa,
semper habe gaudium,
tu lilium, tu rosa. 180

Infantis membra tenera,
casta manu tracta,
nato prebe vbera,
pasce, foue, lacta.

Mammillis tuis applica, 185
virgo, talem prolem,
o mater, virgo celica,
celorum pasce solem.

Pasce pascentem omnia,
pasce, virgo, natum, 190
foue fouentem omnia
in sinu collocatum.

Stringe, virgo regia,
tege amplexatum
et osculis te sacia
ad os mellificatum.

Quam dulcis osculacio
ad genas parui Christi
et labij impressio,
tu sola, uirgo, scisti. 200

O miranda suauitas,
gena coniuncta gene,
quam dulcis hec societas,
tu nosti, virgo, plene.

Uale, spes fidelium, 205
o dulcis mater Christi,
et nobis fac propicium,
quem virgo genuisti.

Uale, salus omnium,
salutis cum auctore, 210
dans verum cordis gaudium
in vero saluatore.

Uale, celi tripudium,
vale, vale decora,
et tuum pium filium 215
pro nobis semper ora.

EXPLICIT DULCILOQUIUM MELLIFLUI DOCTORIS BERNARDI.

CVII. ALMIFLUA, PULCHERRIMA REGINA CÆLI, GAUDE.

PERCELEBRIS ET EGREGIA AC MULTUM SINGULARIS ORACIO IN LAUDEM BEATISSIME VIRGINIS MARIE FELICITER EDITA, IN CUIUS LITERIS CAPITALIBUS ANGELICA SALUTACIO PERPULCRE RELUCET, INCIPIT FELICITER.

ALmiflua, pulcerrima
regina celi, gaude,
decora celeberrima,
perhenni digna laude.

Uenusta pulcra facie, 5
tu es agnominata,
Maria, mater gracie,
reorum aduocata,

Es virgo de regalibus
ingenua formosa, 10
progenita natalibus,
illustris et famosa. |

Decora conmendabilis
trans ordinem nature,
quenam incomparabilis 15
es omni creature.

Omnimode gratissima,
mirifice preclara,
que es et prepurissima
celesti deo cara. 20

Magistra pudicicie,
puella puritatis
imagoque mundicie,
sigillum castitatis.

Illustras omne seculum 25
clarifico splendore,
nitescis quasi speculum
mirifico nitore.

Nam coma fulget aurea
tis pulcre redimita, 30
quam ornat vitta laurea,
que desuper est sita.

Ac frontis superficies
est tua preserena,
quam candida mundicies
venustat et amena.

Nequaquam supercilia
deficient a laude,
que vere sunt subtilia
et carent omni fraude.

O quam preclaro lumine
sunt oculi micantes
ut stelle de cacumine
celorum illustrantes.

Sunt nares equalissimi
per labia nitentes,
ut ebur candidissimi
resplendent, ecce, dentes.

Tu nata regis vnica,
sic rubent tue gene
ceu grata mala punica,
sunt aures preserene.

Reuera ceruix regia
nitescit eburnina,
sed tua preegregia
sunt brachia cedrina.

Ast manus tue datiles
sunt aloes ex ligno
cum digitis, tornatiles,
candidiores cigno.

Ut species clarissimi
cristalli diaphani
sunt vngues sincerissimi,
spectabiles et plani.

Innubiles virginee
tumescunt tis mammille,
preclare botris vinee
nam comparantur ille. 35

Regina, tuus venter est
ut ortus circumclusus, |
qui floribus frequenter est
uernantibus perfusus. 40

Gratissima tu femina,
pre ceteris electa
sunt tua crura gemina,
marmorea directa.

Ornatu decentissimo
fulgenciores astro 45
stant pedes, nitidissimo
qui sunt ex alabastro.

Miratur, ecce, racio
superexcellentiue,
quod cutis dealbacio 50
candidior sit niue.

Ac tota disposicio
tis corporis sacrati
sic caret omni vicio
reatuque peccati. 55

Reueraque per singula
nequibit explicare
uox nec humana lingula
condigne collaudare.

Immensam pulcritudinem, 60
sinceram caritatem,
precelsam sanctitudinem
tuamque dignitatem.

Ad dextram tui filij
uestita deaurate, 65

70 75 80 85 90 95

spes nobis es auxilij,
nunc cum varietate 100
Gemmata iacinctinea
cum ueste stas amicta,
cum clamide coccinea,
tu virgo benedicta.
Respiras vti fragula 105
cum purpura bis tincta,
uestita molli stragula,
cum baltheo precincta.
Ac tu cum ostro vario
stas pulcre redimita, 110
cum opere plumario
decenter insignita.
Tu bisso torta serico,
Maria, circundaris,
o rosula in Iericho, 115
preclara stella maris.
In polimitis vestibus
et aurifriseatis
letaris cum celestibus
spiritibus beatis. 120
Assistis in cubilibus
supernis exaltata,
murenulis, monilibus
et annulis ornata.
Preclaris et nitentibus 125
cum gemmulis politis
in fimbrijs fulgentibus
ornaris margaritis, |
Lucifluis carbunculis,
smaragdis et cristallis, 130
saphiris, iaspiunculis,
crisolitis, corallis,
Elitropis, topasijs,
iacinctis, amatistis,
rubinis, crisopasijs, 135
corneolis cum istis
Nitentibus sardonijs,
piropis et berillis,
electris, calcedonijs
cum ceteris lapillis. 140
Auratis in sandalijs
Quam pulcro habes gressus!
in ornamentis alijs
est plurimus excessus.
Decora mala punica, 145
cedrina cara poma
fers in talari tunica,
que spirant vt aroma.
O quantum tuum pallium
est fragrans, in quo legis 150
tu lilia conuallium,
eterni sponsa regis.
Minutas, virgo, violas
carpescis redolentes,
recondens has in fialas 155
preclare renitentes.
Ingenue rubedinis
carpescis, ecce, rosas
uernantis et albedinis
plerunque speciosas. 160
Nouellis, virgo, floribus
respiras constipata,
de quorum tu coloribus
resplendes adornata.

Uirgultis in vmbraticis
ab estu requiescis,
in ortis aromaticis
suaue redolescis.

Sub vmbra tui talami,
tu virgo, mater alma,
nunc redolent et calami
cum mirra, gutta, palma.

Thus, mirtus, nardi pistica
cum stacte therebintus
et storax non sophistica
respirant illic intus.

Excelsa cedrus Libani,
cipressus ac oliua,
ramosa frons ollibani
laurusque semper viua,

Cum ficu florens vinea,
amigdalum, amomum,
procera malus pinea,
nec abest cinamomum,

Uirentis rami platanus
cum croco, sicomorus |
et balsamus eatenus
fragrescit atque morus,

Mandragora pomifera
cum folijs venustis
et mastix odorifera
cum ceteris arbustis.

Benigna mundi domina,
predulcis mater Cristi,
ad bona nobis omnia
Messyam genuisti.

Es stella clari luminis,
165 ostendens nautis portum,
impetuosi fluminis
fons rigat tuum ortum. 200

Nam puteus pulcerrime
prosilientis aque
170 fecundat tis vberrime
virgultum circumquaque.

Est tuum viridarium 205
omnino dulcorosum,
quod omne pigmentarium
175 excellit odorosum

Diuersis aromatibus,
quod vndique redundat, 210
et floridis ornatibus
vbilibet abundat.

180 Ibidem ingens copia
ualencium herbarum,
sed abest et inopia 215
spirancium virgarum.

Cum nimia fragrancia
185 multarum specierum
et diuite substancia
gratissimarum rerum 220

Tv gaudes in delicijs
obriso fulgens auro,
190 redundans in diuicijs
et maximo thezauro.

Amanda Syon filia 225
regalis ornamenti,
tu vales super milia
195 tam auri quam argenti.

Tu mater es pre celicis
uirtutibus ornata, 230

tu cunctis es angelicis
spiritibus prelata.

Uestita solis lumine
coniunctaque Messye
resplendens in cacumine 235
celestis yerarchie.

In celsi throni sedibus
cum immortali veste
iam lunam calcas pedibus,
apocalipsi teste. 240

Nitescis miro stemate,
regina puellarum,
cum claro dyademate
duodecim stellarum.

Mirificis fulgoribus 245
clarescis ut aurora,
magnificis splendoribus
es vndique decora.

Uenusta rutilancia
tu sidera cum stellis, 250
ac signa radiancia
preclarius excellis,

Limpidulum luciferum
cum omnibus planetis,
zodiacum signiferum 255
cum candidis cometis.

Iam splendens super yadem
et globum sublimarem,
ortofilaxem pliadem
et radium solarem 260

Excellis claram elyce
boetem, orionem
ac omnem lucis celice
preconstellacionem.

Refulges super yridem 265
preclare rutilantem,
recuruum, flauum, viridem
luciflue micantem.

Illustras super fulmina
tu coruscationis 270
et super alta culmina
celestis regionis.

Beata, que signaculum
es sancte trinitatis,
electum habitaculum 275
superne deitatis.

Uirtutes et archangeli
te, virgo, venerantur
et potestates-angeli
cum thronis famulantur, 280

Sic seraphin, sanctissima,
sic ordo principatus,
sic cherubin, altissima
cum choro dominatus.

E quibus tu armoniam 285
uyelle semper audis
et cithare simphoniam
cum himno tue laudis,

Tam suaue resonancia
psalteria cum sistris 290
ac organa crepancia
cum liris timpanistris.

Blandisone clangentibus
cum cimbalis exultas
in tubis perstrepentibus, 295
tu iubilum auscultas.

En, virgo, precellentiam
quis tuam enarrabit?
secundum exigenciam
quis te preconisabit? 300

Nam multum affectauerant
te sancti patriarche, |
qui pridem adoptauerant
uidere te non parce.

Et omnes sub enigmate 305
te concinunt prophete
teque sub paradigmate
metrificant poete.

Duodecim similiter
apostoli beati 310
te dominam stabiliter
laudare sunt parati.

In himnis te magnificant
euangeliste sancti,
qui semper te glorificant 315
in laude gratulanti.

Cum iubilo sacerrimi
te martires inuicti
collaudant celeberrimi,
tyrones benedicti. 320

Tam sacrosancto domini
benigni confessores
decantant tuo nomini
iam laudes et honores.

Uenuste preamabiles 325
te virgines sectantur
et cantus delectabiles
he tibi modulantur.

Sed dulci cum simphonia
te colunt continentes 330
magnifica preconia
nunc tibi concinnentes.

Fidelium communio
te laudat animarum,
supercelestis vnio 335
conciuium sanctarum.

In vocibus altisonis
te colunt omnes sancti,
in laudibus dulcisonis
ac himno iubilanti. 340

Laudare te monasticus
nunc studet, ecce, chorus,
necnon ecclesiasticus
in cantico sonorus.

Iam predicant theologi 345
te, virgo, canoniste,
morales, phisiologi,
philosophi, legiste.

Uirtutem tui nominis
pontifices adorant, 350
cum regibus et dominis
te principes implorant.

Sic duces cum comitibus,
primates, marchiones,
prefecti cum equitibus 355
et presides, tyrones.

Te nunc cum potestatibus
adorant castellani,
barones cum magnatibus
et proceres vrbani. | 360

Uotiua te plebecula
cum himnis, ecce, laudat,

que per eterna secula
te dominam collaudat.

Uenusta celeberrima,
beniuola Maria,
matrona saluberrima,
fidelis atque pia,

Saluto te millesies,
o virgo generosa,
ac iterum centesies,
iuuencula formosa

Uirago fortitudinis,
mestorum consolatrix,
imago pulcritudinis,
celorum imperatrix.

Nature stupet racio,
quod virgo sis et parens,
miratur Eue nacio,
cum tu sis labe carens.

In tuo gestas grabato,
qui zabulon deiecit
ac hominem in sabbato
curando sanum fecit.

Gratanter infra gremium
fers mundi saluatorem,
salutis nostre premium
mundique plasmatorem,

Eternum vnigenitum
ex deo summo patre,
preclarum soligenitum
ex te sincera matre,

Nec minus deum dominum,
infantem speciosum
pre filijs et hominum
aspectu graciosum,

Inicium qui luminis
est lucis ante solem,
qui virtute numinis
sustentat terre molem,

Tremendus deus dominus
et conditor nature,
creator nihilominus
tocius creature,

Uiuentis dei filius
ex deo patre natus,
qui fuit mirabilius
ex temet incarnatus,

Stellarum emisperium
illuminans supernum,
qui regnum ac imperium
gubernat in eternum.

Decorum castimonie,
Maria, tu exemplum
es atque sanctimonie
spirituale templum.

Omnimode gratissima,
prerutilans, preclara, |
que es et prepurissima
celesti deo cara.

Matrona summe nobilis,
o domina celorum,
tu salus es inmobilis.
et decus angelorum.

In celi magnitudine
tu tenes principatum,
in poli celsitudine
tu prefers dominatum.

Nam omnis te celicola
condigne veneratur 430
et quilibet cristicola
deuote te precatur.

Uirginea puellula,
que parem non vidisti,
prepura dei cellula, 435
que parem non nouisti.

Subtilis sine macula,
prepulcra, preserena,
prepollens per miracula
tu es et preamena. 440

Nimirum pulcritudinem
tis deus concupiuit
et propter mansuetudinem
te oleo liniuit.

O tu misericordie 445
spes semper immortalis,
tu pacis et concordie
donatrix eternalis.

Stirps nobilis humillima,
progenies diuina, 450
tu tutrix es agillima,
magnifica regina.

Te virginem puerperam
in matrem Iesu Cristi
elegit deus, perperam 455
que nunquam commisisti.

Es vera mater venie
condigne nominata,
regali de progenie
preclare propagata. 460

Referta plena gracia
diuine bonitatis
refulges in palacia
cum sanctis et beatis.

In cunctis mundi finibus 465
tu rite predicaris
pre ceteris virginibus,
dum virgo collaudaris.

Hinc igitur egregia,
clarissima matrona, 470
propago diua, regia
Maria, summe bona

Electumque refugium
es omni penitenti,
que nemini repudium 475
das veniam petenti. |

Sanctissima, pulcherrima,
suauis et amena,
gratissima, sacerrima,
diuinitate plena, 480

Uirgineam clemenciam
flebiliter exoro
tuamque precellenciam
humiliter imploro,

Succurre, Syon filia 485
decora, mihi reo,
me prece reconcilia
cunctipotenti deo,

Cum miser ego varijs
me culpis inquinaui, 490
peccatis multipharijs
dum deum irritaui.

Respicito, carissima,
me domina benigna,

matrona clementissima,
supremo deo digna,

Inspicias culpabilem,
me vere penitentem,
indignum, miserabilem,
te pie requirentem. 500

Sis memor mei flebilis
indigni peccatoris,
homuncionis debilis,
stirps alma redemptoris.

Tu vera mater gracie, 505
succurre penitenti,
tu domina cum facie
me sacies clementi.

Uelociter exaudias
me, virgo, suspirantem, 510
me pacienter audias
humilime precantem.

Succurre contra Satane
versucias abundas
et erga Leuiathane 515
argucias immundas.

Uecordiam, vesaniam,
o domina, repelle,
discordiam, insaniam
a me tu procul pelle. 520

Extingue capitalia
peccata criminosa,
precipue mortalia
delicta viciosa.

Restringe mundi gloriam 525
uelociter labentem,
caducam, transitoriam,
sophistice fallentem.

Ut patrem adinueniam
in gaudio iustorum, 530
exora mihi veniam
meorum delictorum.

Sic bona temporalia
concede pertransire, |
ut queam eternalia 535
cum sanctis inuenire.

Da mihi necessaria
presentis huius vite,
deuincere contraria,
viuendo sine lite. 540

Et sensus meos regere
dignare, virgo pura,
beniuole protegere
me, diua mater, cura,

Ut valeam vbilibet 545
me gerere securus,
nec inimicus quilibet
me noceat predurus.

Sint omnia, que facio,
sic vtinam modesta, 550
quod mea conuersatio
sit nemini molesta.

Et in temptationibus
adesto subleuamen,
in meditacionibus 555
aspira dulcoramen.

Tu bonis in operibus,
o virgo, me dignare
cum misticis muneribus
benigne roborare. 560

Horrendis a periculis
me sedulo defende,
in cunctis offendiculis
solacium impende.

O virgo venerabilis, 565
adiutrix immo fortis,
sis custos mihi stabilis
in hora mee mortis.

Me contra diabolicas
insidias proteruas 570
defendas, ad catholicas
me iungasque cateruas.

O domina pulcerrima,
succurre tua prece,
quod eruar acerrima 575
tunc a perhenni nece.

Ast impetra me leuiter
post obitum purgari,
ut cum electis breuiter
queam intronizari 580

In gloriosa patria,
iocunda, celestina,
qua perpes viget latria,
fruitio diuina,

Assidua leticia, 585
concentus angelorum,
pax, quies, amicicia
conuentusque sanctorum,

Multiplicatum gaudium
glorificacionis, 590
tripudium, applaudium,
uox exultacionis, |

Eterna contemplacio
superne deitatis,
laus, salus, iubilacio 595
melosque suauitatis.

Nunc, domina carissima,
flos, decus virginale,
matrona sincerissima,
tu sine fine vale! Amen. 600

CVIII. REX VIRTUTUM, REX GLORIÆ.

DE NOMINE IESU.


Ex virtutum, rex gloriæ,
rex insignis victoriæ;
Iesv, largitor gratiæ,
honor cælestis curiæ,

Te cæli chorus prædicat 5
et tuas laudes replicat,
Iesvs orbem lætificat
et nos deo pacificat.

Iesus in pace imperat,
quæ omnem sensum superat: 10
hunc semper mens desiderat
et illo frui properat.

Iesus ad patrem redijt,
regnum cæleste subijt,
cor meum a me transijt, 15
post Iesum simul abijt.

Iesum sequamur laudibus,
hymnis, votis et precibus,
ut nos donet cælestibus
cum ipso frui sedibus. 20

Veni, Iesu, rex optime,
veni, dator munifice,

effulge claro clarius
iam expectate sæpius.

Sis, Iesu, meum gaudium, 25
qui es futurus præmium,
in te sit mea gloria
per cuncta semper sæcula.

CIX. IESUS SOLE SERENIOR.

DE NOMINE IESUS.



Esus sole serenior
et balsamo suauior,
omni dulcore dulcior,
præ cunctis amabilior.

Cuius amor sic afficit, 5
cuius odor me reficit,
in quem mens mea deficit,
solus amanti sufficit.

O mentis delectatio,
amoris consummatio, 10
tu mea gloriatio,
Iesv, mundi saluatio.

Dilecte mi, reuertere
consors paternæ dexteræ;
hostem vicisti prospere, 15
iam cæli regno fruere.

Sequar, quocunque ieris,
mihi tolli non poteris,
cum meum cor abstuleris
Iesus laus nostri generis. 20

Portas vestras attollite,
cæli ciues occurrite,
triumphatori dicite:
salue, Iesv, rex inclyte!

CX. SALUE, MEUM SALUTARE.

EIUSDEM MELLIFLUI AC RELIGIOSISSIMI PATRIS BERNARDI PREFATI PERCELEBRIS ET FAMOSA DE MEMORIA AMARISSIME PASSIONIS DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI ORATIO FELICITER INCIPIT.

AD PECTUS.



Alue, salus mea, deus,
Iesu, dulcis amor meus,
salue, pectus reuerendum,
cum tremore contingendum
amoris domicilium. 155
Aue, thronus trinitatis,
archa late caritatis,
firmamentum infirmatis,
pax et pausa fatigatis,
humilium triclinium. 160

Uere reuerendum pectus,
ex dilecto quo dilectus
pane vite intellectus
abundanter est refectus,
in cena dum recubuit. 165
Potum aque salutaris,
hunc si sitis, quo potaris,
hauriebat hinc pre caris
carus ille singularis,
quo hausto non succubuit. 170

Pectus, archa deitatis,
fundamentum veritatis,
de quo cunctis fluit gratis

fons diuine pietatis
et aque vite poculum, 175
Diriuatur cursus vnde,
qui virtutis est habunde;
mentes ergo sitibunde,
mentes pure, mentes munde,
huc defigatis oculum. 180

Pectus suaue, pectus mite,
dei domus, aula vite |
et vnius margarite,
cunctis datis adquisite,
quam nescit estimatio. 185
In quo pausant fatigati
et lugentes onerati,
qui pro deo sunt parati
mortem et aduersa pati,
o dei habitatio. 190

De quo salus cunctis manat,
qui contritos cordes sanat,
pectus meum purga, sana
et ab eo pelle vana,
sit tibi pro hospicio. 195
Sis ipsius habitator,
rex, lex, dux, lux, conseruator,
omnium bonorum dator,
per te mundum sit, mundator,
ab omni prorsus vicio. 200

Salue, in cuius pectore
quiescit omni tempore
pax, pietas et bonitas,
iocunditas et suauitas,
Sanitas et caritas, 205
sinceritas et veritas,
serenitas, amenitas,
securitas et puritas,
Simplicitas, humilitas,
tranquillitas, benignitas, 210
perpetua felicitas
et omnis boni sacietas.

Cum repausat in te pio
lassus reclinatorio,
haurit gustum dulcedinis, 215
leuamen lassitudinis.

AD COR.

SUmmi regis cor aueto,
te saluto corde leto,
te amplecti me delectat
et hoc meum cor affectat, 220
vt ad te loquar tolleres,
Quo amore vincebaris,
quo dolore torquebaris,
cum te totum exhaurires,
vt te nobis impertires, 225
vt nos a morte tolleres.

O mors illa quam amara,
quam immitis, quam auara,
que per cellam introiuit,
in qua mundi vita viuit, 230
te mordens, cor dulcissimum.
Propter mortem, quam tulisti,
quando pro me defecisti, |
cordis mei cor dilectum
totum in te fer affectum, 235
hoc est, quod opto plurimum.

Per medullam cordis mei
peccatoris atque rei
amor tuus transferatur,
quo potenter wlneratur, 240

quicunque te complectitur.
Dilatare, aperire,
tanquam rosa fragrans mire,
cordi meo te coniunge,
vnge illud et conpunge, 245
qui amat te, quid patitur?

Quidnam agat, nescit vere
nec se valet cohibere,
nullum modum dat amori,
multa morte vellet mori, 250
amore quisquis vincitur;
Amor tuus, amor suauis,
qui te amat, non fit grauis,
sed, gustato de amore
tuo, currit in odore 255
et te dilectum sequitur.
Ergo per te inflammemur
et a te illuminemur,
vt reatus defleatur,
per te pie deleatur, 260
quicquid per nos delinquitur.

Uiuas, viuas! tibi clamo,
dulce cor, te nanque amo,
ad cor meum inclinare,
vt se possit applicare 265
deuoto tibi pectore.
Tuo viuat in amore,
ne dormitet in torpore,
ad te oret, ad te ploret,
te honoret et adoret, 270
te feruens omni tempore.

Rosa cordis aperire,
cuius odor fragrat mire,
te dignare, dilatare,
fac cor meum anhelare, 275
infer tuum intra sinum,
vt sit tibi sic vicinum,
vt vix se ipsum capiat.
Hic repauset, hic moretur,
ecce, iam post te mouetur 280
et ardenter vult sentire
et potenter introire, |
noli, noli contraire,
debes ei consentire,
vt bene de te sentiat. 285

AD VULTUM.


Alue, Iesu reuerende,
nunc et semper inquirende,
me astantem hic attende,
attendendo me accende
precordiali gratia. 290
Salue, cuius dulcis vultus
immutatus et incultus
permutauit suum florem
totus versus in pallorem,
quem celi colit curia. 295

Omnis vigor atque viror
hinc abscessit nec admiror,
mors apparet in aspectu,
totus pendens in defectu,
attritus egra macie. 300
Sic affectus, sic despectus
propter me sic interfectus,
peccatori tam indigno,
cum amoris intersigno
appare carus hodie. 305

Tue sancte passioni
me gauderem interponi,

tua cruce presta mori
tue crucis amatori,
sub tua cruce moriar. 310
Morti tue tam amare
grates ago, Iesu care,
qui es clemens, pie deus,
fac, quod peto licet reus,
vt absque te non finiar. 315

In hac tua passione
me agnosce, pastor bone,
cuius sumpsi mel ex ore,
haustum lactis cum dulcore
pre omnibus delicijs. 320
Non me reum asperneris,
nec indignum dedigneris,
morte mihi iam vicina
caput tuum huc inclina,
me tuis iunge brachijs. 325

Salue, salue! Iesu pie,
fili dei et Marie,
qui de patre sine matre,
qui de matre sine patre
natus es mirabiliter. | 330
Aures tue tam benigne
omni vere laude digne,
angelorum quas concentus,
totus celi quas conuentus
mulcet inffabiliter. 335

CONCLUSIO.


Uanta probra pertulerunt,
ach, quam sepe audierunt
hic seductor, hic peccator,
deuorator et potator
et hic habet demonium. 340
Prophetisa! nunc clamare
peccatores te amare,
nunc te Petrum ter negare,
crucifige replicare
linguas insipiencium. 345

Hinc latronem seuientem,
hinc Iudeum sic frementem:
vach, qui templum hoc rependit,
hic de cruce si descendit,
hunc scimus dei filium. 350
Quis has penas, Iesu care,
potest omnes enarrare?
libet meum cor plorare
multomagis quam orare,
attendens hoc supplicium. 355

Malleorum sonus multus,
Iudeorum hinc tumultus,
hinc Marie madens vultus,
hinc creator quasi stultus
ab omnibus despicitur. 360
Os hinc stillans pre dolore,
pallens vultus pre horrore,
cecos visu qui vestiuit,
frui visu desiniuit,
oris sputis obducitur. 365

Caput, pedes, leua, dextra
totum, passim, intus, extra,
girans illinc, hinc regiro,
mil in tam preclaro viro,
nisi dolor conspicitur. 370
Dignus eterni ardoris
causa ipse sum doloris,
Iesu, qui scis, quod sim reus;
miserere mei, deus,

hic corpus dum relinquitur. 375

Cum me mori est necesse,
noli mihi tunc deesse,
in horrenda mortis hora
veni, veni sine mora, |
tuere me et libera. 380
Cum me iubes emigrare,
dulcis Iesu, tunc appare,
o amator amplectende,
temetipsum tunc ostende
in cruce salutifera. 385

Per tuam sanctam passionem
det mihi dominus noster Iesus
Christus suam benedictionem.

CXI. KOM, DU LOSER DER HEIDENEN.

VENI REDEMPTOR GENTIUM TO DUDE.



VEni, redemptor gentium,
ostende partum virginis,
miretur omne seculum:
talis partus decet deum.

Non ex virili semine, 5
sed mystico spiramine
verbum dei factum est caro
fructusque ventris floruit.

Alvus tumescit virginis,
claustra pudoris permanent, 10
vexilla virtutum micant
versatur in templo deus.

Procedit e thalamo suo,
pudoris aula regia,
geminæ gigas substantiæ, 15
alacris ut currat viam:

Egressus eius a patre,
regressus eius ad patrem,
excursus usque ad inferos,
recursus ad sedem dei. 20

Aequalis æterno patri
carnis tropæo accingere,

KOm, du loser der heydenen,
wys vns de bord der juncuro-
wen,
sek wndert al der werld behord:
godes sone thempt sodan bord.

Nicht van manliker sadighe, 5
men van gheistliker werkighe
wleisch ys gheworden godes word,
der maghed lif bloid vnuorsord.

Ir nauel wart vpdrentende,
gans blef dat slot ir schemede: 10
men sach ir kusheit tekene,
do god in orme temple wonede.

Uth synem zale he vorequam
lik eynem konighe sunder scham,
van ewen naturen resen lich, 15
snel was hir synes strides krich:

Syn vtgank van synem vadere,
syn wedergank dar wedere,
syn verne lop tor helle hol,
syn wederlop an vaderes stol. 20

Synd du an dir ewicheit [kleid,
bist lich dem vader, nym mynslich

infirma nostri corporis virtute firmans perpetim.		sterk vnse kranken mynslicheitt mid dir kreftighen gotlicheit.	
Præsepe iam fulget tuum lumenque nox spirat novum, quod nulla nox interpolet fideque iugi luceat.	25	Dyn krubbe schynt van lechten klar, de nacht gaf nyges lechtes var, dat neyn nacht beswerken kan dorch stedes louen lechte vahan.	
Des patri sit gloria eiusque soli filio cum spiritu paraclito et nunc et in perpetuum. Amen.	30	Dem vader gode io ere sy, dem sone lik ere sy darby mid dem vil vronen gheiste rich nu vnd jumber ewichlich. Amen.	30

CXII. VAN DES DE SUNNE NU UP GHEIT.

A SOLIS ORTUS CARDINE.

 Solis ortus cardine ad usque terræ limitem Christum canamus principem, natum Maria virgine.		Uan des de sunne vn vp gheit, went dar der werlde end an steit wy louen erst den vorsten feigt, gheborn van Marien rene meygt. |	
Beatus autor sæculi servile corpus induit, ut carne carnem liberans, ne perderet, quod condidit.	5	Der werlde meyster salich sy, de sich ghekleydtt heft lyke my, in knechtes wyse maket vry, syn werk vnuorloren sy.	5
Clausa parentis viscera cælestis intrat gratia: venter puellæ baiulat, secreta quæ non noverat.	10	Uorsloten was sir moter dor des gheistes vronen gnade dur, ir lif schir swargher vrechtich ward, des se vor ny eir had besward.	10
Domus pudici pectoris templum repente fit dei, intacta, nesciens virum, verbo concepit filium.	15	Dat hus schamberes herten fyn wart schir eyn tempel, godes scryn, vmbekand van mannes hon, van word entfenk se godes son.	15
Enixa est puerpera, quem Gabriel prædixerat, quem matris alvo gestiens		De kindberrerynne hat gheberd, den Gabriel had vorghewerd, den Iohan, war godes lam	

clausus Ioannes senserat. 20

Fœno iacere pertulit,
præsepe non abhorruit
parvoque lacte pastus est,
per quem nec ales esurit.

Gaudet chorus cælestium 25
et angeli canunt deo
palamque fit pastoribus
pastor, creatur omnium.

Memento salutis
30

Summo parenti gloria
natoque laus quam maxima
cum sancto sit spiramine 35
nunc et per omne sæculum. Amen.

an sir moter lif vornam. 20


Up howe let he legghen sich,
de krubbe was syn gadem rich,
mid kleyner melk he soghet wart,
smacht de moter nicht besward.

Des vrowet sich al hymelsch schar, 25
de enghle sunghen gode dar,
de heirden wart de heirde war,
aller dink schipper openbar.

Bedenke zalden meister rich,
dat du bist worden myn ghelich, 30
van vnbevlecke maght gheboren,
vp dat wy bleuen vnuorlorn.

Dem ouersten vader ere sy,
dem sone grote loues schry
mit vronen gheiste ewichlich 35
sy nv vnd jumber erentrich. Amen.

CXIII. VIGEND HERODES VNGUTLICH.
HOSTIS HERODES IMPIE.



HOstis Herodes impie,
Christum venire, quid times?
non arripit mortalia,
qui regna dat cælestia.

Ibant magi quam viderant 5
stellam sequentes præviam:
lumen requirunt lumine,
deum fatentur munere.

Lavacra puri gurgitis
cælestis agnus attigit, 10
peccata, quæ non detulit,
nos abluendo sustulit.

UIgend Herodes vngutlich,
wes bistu Cristo hetelich?
he nympt dyn dotlich ryke nicht,
de hymmels ryke ghift na plicht.

De wysen dee ghinghen na 5
des sternen schyne iew . . ch sa,
dar an se sochten, war dat lecht,
se brachten gaue gode recht.

Des schyren vletes dope nam
to sek Ihesus, ware godes lam, 10
sunde he nv hadde dan,
vns an sir dope wosch dar van.

Novum genus potentiæ:
aquæ rubescunt hydriæ
vinumque iussa fundere 15
mutavit vnda originem.

Eyn nyge teken groter kracht
he dede jn der erst brutlacht:
ses kruken he dar vollenbot, 15
he wandelde water an wyn roſt.

Summo parenti gloria
natoque laus quam maxime
cum sancto sit spiramine
nunc et per omne sæculum. Amen. 20

Dem ouersten vader ere sy,
dem sone grote loues schry
mit vronen gheiste ewichlich
sy nv vnd jumber erentrich. Amen. 20

CXIV. VAN SINES VADERS HERZ GEBOREN.

CORDE NATUS EX PARENTIS.


Orde natus ex parentis
ante mundi exordium,
alpha et ω cognominatus,
ipse fons et clausula,
omnium quæ sunt, fuerunt, 5
quæque post futura sunt
sæculorum sæculis.

VAn synes vaders hertz ghebo-
ren
an der werld was iv bevoren,
was io Crist eyn ambeghynk,
eyn orsprink, slotel aller dynk,
den jv weren, syn gheworden 5
vnd de nach komen deghelich
jn allen werlden ewichlich. |

O beatus partus ille,
virgo cum puerpera
edidit nostram salutem 10
fœta sancto spiritu,
et puer redemptor orbis
os sacratum protulit
sæculorum sæculis.

Ach, wo salich ys de bord klar,
dar de kyndbereryn Crist ghebar;
se heft gheberet vnsen heil, 10
van hilghem gheiste worden gheil;
des ys ir kind vnse loser rich,
sus sprak Iohannis mund heylich
in allen werlden ewichlich.

Psallat altitudo cæli, 15
psallant omnes angeli,
quidquid est virtutis usquam
psallat in laudem dei,
nulla linguarum silescat
voce et omnis consonet 20
sæculorum sæculis.

Dir scallet al der hymmels hoghe, 15
dir schallet engle mit hoghe,
wat iv was van dogheden herto,
dat schallet dy van herten vro,
neyner tunghen lof sy stillich,
eyn iewelk stempne sy vrolich 20
jn allen werlden ewichlich.

Ecce, quem vates vetustis

Nv schowet, den de alden wysen

concinebant sæculis,
quem prophetarum fideles
paginæ spoponderant,
emicat promissus olim,
cuncta collaudent eum
sæculorum sæculis.

Te senes et te iuventus,
parvulorum te chorus,
turba matrum virginumque,
simplices puellulæ
voce concordes pudicis
perstrepant concentibus
sæculorum sæculis.

Tibi, Christe, sit cum patre
hagioque pneumate
hymnus, melos, laus perennis,
gratiarum actio,
honor, virtus, victoria,
regnum æternaliter
sæculorum sæculis.

kundeden der werlde grisen,
den der propheten scrifte prysen,
der schynd her van hymle klar
sam he was ghelouet en vorwar,
he ys on allen louelich
jn allen werlden ewichlich.

Dy louen alde mit den junghen,
der kinder schar dyn lof sunghen,
der modre schar, juncurowen fyn
vnd otmode meghetyn
luder stempnen tuchtichlich
synghen dy got louelich
jn allen werlden ewichlich.

Dy sy, Criste, mit dem vader,
mit dem vronen gheiste algader
louesanghes soticheit,
ganses loues stedicheit,
ere, doghet, seghehafticheit
vnd konigrike stedelich
jn allen werlden ewichlich.

CXV. IK GROZT DI, MERES STERNE.

AVE, MARIS STELLA.


Ve, maris stella,
dei mater alma
atque semper virgo,
felix cæli porta.

Sumens illud ave
Gabrielis ore,
funda nos in pace,
mutans nomen Evæ.

Solve vincla reis,
profer lumen cæcis,
mala nostra pelle,


K grozt dy, meres sterne,
moter, godes derne
vnd iuncurowe ewich,
hymels porte selich.

Entfa der salden aue
van Gabrielis munde,
stede vns an dynem vrede,
weder Euen rede.

Entbind der sunden bende,
blinden dyn licht sende,
vordrif al vns vnsalde,

bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
sumat per te precem,
qui pro nobis natus 15
tulit esse tuus.

Virgo singularis,
inter omnes mitis,
nos culpis solutos
mites fac et castos. 20

Vitam præsta puram,
iter para tutum,
ut videntes Iesum
semper collætemur.

Sit laus deo patri, 25
summo Christo decus,
spiritui sancto
honor trinus et unus.

al gud vorwerf vns balde.

Bewyz vns, leue moter,
dat Ihesus, vnse broter,
sy vns to salden boren, 15
vp dat wy syn vnuorloren.

Iuncurowe sunderliche,
smydich aue gheliche,
mak vns quith van sunden,
dat wy kusch syn wnden. 20

Ghif vns leuend reyne,
wys vns den wech eyne,
dar wy Ihesum scawen,
mit jv vns ewich vrowen.

Des sy lof gode vader, 25
grot tzirde Cristo gader,
mit dem gheiste vrone
lik er an hymmels throne.

CXVI. DO DE KONIG GOTLIKER ERE.

CUM REX GLORIÆ.



Vm rex gloriæ, 1
Cristus,
infernum debellaturus intraret

Et chorus angelicus ante faciem eius 2
portas principum tolli preciperet,

Sanctorum populus, 3
qui tenebatur
in morte captiuus,
voce lacrimabili clamauerat:

Aduenisti desiderabilis, 4
quem expectabamus in tene|bris,



O de konig gotliker ere,
Cristus, vnse god vnd here,
de helle to vorstorende jngan
wolde

Vnd de schare sir engle dar vor sy-
nem antlate bolde [nen,
boden den hellevorsten porten on ope-

Der hilghen meyne schar,
de men enthelt al dar
to dode ghevanghen, [langhen:
repen mystikliken, scrigende se vor-

Du begherlike bist ghekomen, here,
des wj han ghebeidet jn dust|erer swere,

vt educeres hac nocte vinculatos de claustris;		dor dat du losedest in desser nacht, de ghebunden syn in helden;
Te nostra vocabant suspiria,	5	Dy hebben her gheladet vnse suchte,
Te larga requirebant lamenta,	6	Dy hebben gheesschet vnse rakene scrichte, Do by vns na gheloueden plichte, dor dat wy dyne gotliken kraft jo melden.
Tu factus es spes desperatis,	7	Du bist gheworden eyn hopene den mystrostighen
magna cosolatio in tormentis. Alleluia!		eyn grot trost, de jn pynen noch bernen; Alle | se warden noch dir losinghe balde, Lose se dorch dir vpstandighe walde, dat se gnade vynden Mit den hilghen, de mit dy van dode vpstanden Vnd mid dem scheker Dismas by dy gnade vanden. Leyde se ok to dem paradyse, Dar se mit den englen sotecliker wyse Synghen stedes na Alleluia!

CXVII. LOVE DU SCHOWER DINEN LOSER.

LAUDA SYON SALVATOREM.

Auda Syon salvatorem, lauda ducem et pastorem in hymnis et canticis: Quantum potes, tantum aude, quia maior omni laude nec laudare sufficis	5	Oue du schower dynen loser, dynen leyder, dynen huder jn louesanghes soticheit: Wo vil du moghest, so vil du doghest, syn lof groter jedoch prouest vullof don syner werdicheit.	5

Laudis thema specialis, panis viuvs et vitalis hodie proponitur, Quem in sacræ mensa cænæ turbæ fratrum duodenæ datum non ambigitur.	 10	Loue bohord sunderlichen brod des leuendes vnd liflichen wert hir hute wegheleit, In der taflen hilgher spise gaf god tweluen nyger wyse sek suluen ane twyuelheit.	 10
Sit laus plena, sit sonora, sit iucunda, sit decora mentis iubilatio; Dies enim solennis agitur, in qua mensæ prima recolitur huius institutio.	 15	Des sy vol lof luder done, vrolich, vroydich vnde schone sy des herten sotze sang [gheit, Went men den dach hochtidlich nv be- dar der taflen werscap wart an gheleid erst van Ihesu vns to salicheit.	
In hac mensa novi regis novum pascha novæ legis phase vetus terminat. Vetustatem novitas, umbram fugat veritas, noctem lux eliminat.	 20	In der taflen konighes nyge nyges paschen | vnd e nyge dat alde paschen endes het; Went dat ald der nygecheit schemen vordrift de warheit de nacht van lucht ie vorgheit.	 20
Quod in cæna Christus gessit, faciendum hoc expressit in sui memoriam. Docti sacris institutis, panem, vinum in salutis consecramus hostiam.	25 30	Dat Crist an sir werscap dede, vnz to donde he dat stede an sir bedechtnisse io. Wy ghelerden hilgher wyse brod, wyn to erzalden spise wysen dat dur offer so.	25 30
Dogma datur christianis, quod in carnem transit panis et vinum in sanguinem. Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides præter rerum ordinem.	 35	De ler wert den cristen gheuen: dat brod wert vleisch, wyn blod euen in der hilghen handlighe. Wat du nicht svst noch besynnest jn dem mode dat wal pynsest nicht na der dighe ordendige.	 35
Sub diversis speciebus signis tantum et non rebus latent res eximiæ:		Under velen dighen wyse nicht den dighen al to prise sculen | dink vil grotliken	

Caro cibus, sanguis potus, 40
manet tamen Christus totus
sub utraque specie.

A sumente non concisus,
non confractus, non divisus
integer accipitur. 45
Sumit unus, sumunt mille,
quantum isti, tantum ille,
nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali,
sorte tamen inæquali 50
vitæ vel interitus;
Mors est malis, vita bonis,
vide, paris sumptionis
quam sit dispar exitus.

Fracto demum sacramento, 55
ne vacilles, sed memento
tantum esse sub fragmento,
quantum toto tegitur.
Nulla rei fit scissura,
signi tantum fit fractura, 60
qua nec status, nec statura
signati minuitur.

Ecce, panis angelorum
factus cibus viatorum,
vere panis filiorum, 65
non mittendus canibus.
In figuris præsignatur,
quum Isaac immolatur,
agnus paschæ deputatur,
datur manna patribus. 70

Bone pastor, panis vere,
Iesu, nostri miserere,
tu nos pasce, nos tuere,

Vleisch wert spise, blod drank lyse 40
doch blift Cristus gans to prise
an beyden vndotliken.

Van dem nemer vntosneden,
vnghedeilet led van leden,
ganslich he ghenuttet wert: 45
In entfeigt eyn dusent so vil
sam de eyne ane tzil,
doch he nicht vorteret wert.

In entfan arch vnde gude,
jedoch nicht an lykem mode, 50
lyues eder dotlicheit;
Dot den bosen, lif den guden
sich wo vnlich se huden,
wo vnlich ir ende steit.

Wan to lesten dat sacrament 55
wert | ghedelet recht loue mend
so grot kraft sy in den deylen
sam in der gantzen kormen bald.
Neynes dighes wert dar brake,
des tekens wert brak orsake 60
dar noch sate, noch syn mate
des teken des wert van myssgestald.

Schowet, brod der engle hillich
spise ys des volkes wechuerdich,
der kindre godes brod werlich 65
den hunden nicht ghegheuen wert.
In figuren dit vorbekande,
do Abram den Ysac brande
dan weder to pasche . . . . . .
man den wedren ghe uen wart. 70

Gude heirde, Ihesu brod war,
vorbarme dy ouer vnse schar,
du vns vode, vns behude,

tu nos bona fac videre
in terra viventium. 75
Tu, qui cuncta scis et vales,
qui nos pascis hic mortales,
tuos ibi conmensales
cohæredes et sodales
fac sanctorum civium. Amen. 80

lat vns seyn gud dyner gude
jn lande dir ewicheit. 75
Dv weist al dink vnd bist mechtich,
du nerst vns dotliken brechtich,
lat vns in dir taflen werscap
syn mederuen in der selschap
dir hilghen salicheit. Amen. 80

CXVIII. DAS HOOHE WORD HIR NEDER QUAM.

VERBUM SUPERNUM PRODIENS.

Erbum supernum prodiens
nec patris linquens dexteram,
ad opus suum exiens
venit ad vitæ vesperam.

In mortem a discipulo 5
suius tradendus æmulis,
prius in vitæ ferculo
se tradidit discipulis.

Quibus sub bina specie
carnem dedit et sanguinem, 10
ut duplicis substantiæ
totum cibaret hominem.

Se nascens dedit socium
convescens in edulium,
se moriens in pretium, 15
se regnans dat in præmium.

O salutaris hostia,
quæ cæli pandis ostium,
bella premunt hostilia,
da robur, fer auxilium. 20

Uni trinoque domino
sit sempiterna gloria,
qui vitam sine termino
nobis donet in patria. Amen.

DAt hoohe word hir neder quam,
syns vader vordern vnuorlan,
to synem werke vth ghegan
spad vnse mynsheit to sek nam.

To dode he vorraden | wart 5
van synem jungren Iudase quath,
mit synen apostlen he erst ath,
he gaf sek on to spise sat.

In twen wysen he spisede se
mit vleisch vnd blode, dor dat he 10
spised alle mynsheit van allem we,
in lyue, an zele lauede.

In sir bord to broder vns quam,
in sir spise paschelam,
in dode tor losighe, 15
in ryke to lones losighe.

Ach zaldenryke offer dur,
du openst vns des hymmels dor,
vns nodeden der duuel schar,
ghif sterke, ghif rad weder dar. 20

Eynem driualten heren io
sy ewich gotlich ere vro,
de leuend ewich sunder dro
in syns vader land vns gheue io. Amen.

CXX. QUID ULTRA TIBI FACERE?

IN DIE PARASCEVES.

Quid ultra tibi facere,
uinea mea, potui?
quid potes michi reddere,
qui pro te cedi, conspui
et crucifigi uolui? 5
et tu pro tanto munere,
baptismi fracto federe,
presumis uice mutui
rursum me crucifigere
et habere contemptui. 10

Existimasti temere
et me et mundo perfrui!
non possunt michi uiuere,
qui non sunt mundo mortui;
at tu, quas sperni docui, 15
non cessas opes querere,
relicto Cristo paupere,
et quem signari uolui
paupertatis karactere
mundano uacas luxui. 20

Uerum a sanctuario
prodit ista malitia
et a cleri contagio
monstra creantur omnia,
qui diffluit luxuria 25
turpique marcet ocio
in apparatu regio
facitque mutatoria
de meo patrimonio,
qui sto nudus ad hostia. 30

Quid, quod ipsa religio
crucem fert in angaria
et cum datur occasio
recurrit cum letitia,
ad pepones et allea 35
simulato negotio,
a plangentis offitio
redit ad secularia,
qui derelicto pallio
fugatur ab Egyptia. 40

Quasi non ministerium
creditum sit pastoribus,
sed regnum aut imperium,
nondum precinctis renibus
uacuisque lampadibus 45
usurpant sacerdocium
pensantque lane precium
et non curant de ouibus
de quorum sanguis ouium
est requirendus manibus. 50

Meum ire uicarium
meis decet in pascibus
meumque patrimonium
meis dari pauperibus,
non ignauis parentibus, 55
et in ouile ouium
non ingressi per ostium,
sed uel ui uel muneribus
quesitis per flagitium
abutuntur honoribus. 60

Prope est dies domini;
mei, qui me diligitis,
tunc conformes ymagini
me sicut sum uidebitis:

beati, qui nunc plangitis,
quia consolabimini;
nam uos, qui me sequimini,
super sedes sedebitis
et, qui nunc iudicamini,
mecum tunc iudicabitis. 70

At uos, qui gloriamini
operibus illicitis,
qui uobis mortem domini
prodesse non permittitis,
qui Lazari et diuitis 75
exemplo non terremini
cum ipso puniemini,
quidquid tamen feceritis,
dum licet conuertimini
ad | me et salui eritis. 80

CXXI. ILLIUS ASSIT GRATIA.
DE BEATA MARIA VIRGINE.

ILlius assit gracia,
qui stricta cinctus fascia
celorum ambit spacia
et manet ante solem
et moritur pro gregibus 5
et dat salutem regibus, |
vt suis subdat legibus
totius orbis molem.

Fideles tradunt apices,
latoris legis codices, 10
misteriorum indices,
sub forma typicorum
ad struem tabernaculi,
celestis habitaculi,
sacrorum retinaculi, 15
quod quiuis Hebreorum

Res absque simultatibus
de suis facultatibus
sinceris cum conatibus
pro viribus dederunt: 20
magnates cum potentibus,
qui prefuerunt gentibus,
non sine puris mentibus
letanter optulerunt

Aurum quidem ad aurea, 25
argentum ad argentea,
es ad ornandum erea,
ut novit architectus,
thesauris istis varij
vigoris, multipharij 30
coloris, tingentarii
est lapidum adiectus.

Nunc donant inter alia
ligna Cethim nobilia,
sed hec inputribilia 35
fuisse memorantur,
postremo dant purpurea,
cum cocco bissum, linea,
que numquam ledet tinea,
sed ista applicantur 40

Cohortibus leviticis
pro vestibus pontificis,
que noverant artificis
industria poliri;
egeni dabant denique 45
cum pilis pelles utique,

cum quibus opus undique
debebat operiri. |

Oblatis hijs gemmarius,
Beseleel aurarius, 50
fidelis commissarius
pre omnibus electus,
prudens vermicularius,
perfectus operarius,
doctus anaglypharius 55
est opibus prefectus

Subtili cum lignario,
Oolyab plumario,
bono polimitario,
viro sciente plura, 60
que fieri ab arbore
valebant et ex marmore,
lapidibus et ebore
in omni celatura.

Cuiusuis rei scemata 65
hij norant, et aromata
ex quibus tymiamata
suavissimi odoris
conficienda fuerant,
hos artes ut docuerant 70
et arcius invenerant
instinctus creatoris.

Ornatus habitaculi,
cum archa tabernaculi,
solertes hij vernaculi 75
candelabrum et aram,
cum Cherubin velamina
et vasis ad libamina
ex auri formant lamina,
pontifices thyaram, 80

Lucernas, emunctoria,
que nulla fuscant scoria,
cum basibus tentoria
de purpura iacincto,
cum ephot vestes uario 85
ex opere plumario,
ritu polimitario
bis cocco quoque tincto.

Ast alii durissimo
saxoque de firmissimo 90
mel sapidum purissimo
cum oleo suxerunt;
de istis, quid plus referam
vel ad quid plura proferam, |
cum nil egissent perperam 95
in hijs, que construxerunt?

Sed ego, cum sim luteus
et sensus michi bruteus,
sit altus quoque puteus
vas nec ad hauriendum, 100
pro facultate penula
huic uoce peto tremula
ut lingua parcat emula
prompta ad corrigendum.

Thesaurus, heu! scientie, 105
argentum eloquentie
et aurum sapientie
in cordis mei sporta
deficiunt, habilitas
lignorum et nobilitas 110
gemmarum ac stabilitas
eris, byssus retorta

Eburque castimonie,
berillus parcimonie

ac marmor sanctimonie 115
cum iaspide iacinctus
et purpur aptitudinis
linumque valitudinis
ac lima rectitudinis
bis coccus quoque tinctus. 120

Rex ergo celsi numinis
dignare, pater luminis,
torrente sacri fluminis
me sic letificare,
si oleum cum mellibus 125
non sugam ex saxellibus,
sed pilis et de pellibus
queam eructuare

MUTACIO RITHMI.

MArie laudes et honorem,
virtutes simul et decorem 130
virginitatisque pudorem
et mores cum ornatibus,
diversis modis et discretis
tam patriarchis quam prophetis
precypitatos in secretis 135
obscuris enigmatibus.

Excelsi regis mater nata,
abintus pulchre deaurata
et varijs predecorata
scripture cum monilibus, 140
dignare pennam irrigare
et stilum mentis colorare
sic, ut ad struem conportare
quid queam cum exilibus.

Scriptoris linguam, cursum mentis 145
gubernet virga dirigentis
velociterque conscribentis
illius scribe calamus,
cui, uirgo mater, quam serenum!
hoc preparasti pergamenum, 150
in quo depictus est ad plenum
celesti sponsi thalamus.

Centenis centies millenis,
millenis milies centenis
minuta quot sunt in arenis, 155
tot etsi fruar lingulis,
si linguis loquar angelorum
arteque canam musicorum
et mores noscam ethicorum,
sed etsi fungar singulis 160

Hijs sacris dotibus perfecte
nequaquam adhuc quibo recte
regine celi preelecte
virtutum laudes pangere.
si tamen ipsa spes reorum 165
hoc michi prestet, quod meorum
arx muri ruat uiciorum,
temptabo tuba clangere.

En ecce, qualis hec et quanta
est, cuius pulchritudo tanta 170
sic a supini pedis planta
ad verticem protenditur!
en, hec est virgo, precedentem
non habens parem, nec sequentem
virtutibus equipollentem, 175
ex scriptis ut perpenditur.

Dos casta hec est uirgo parens,
enixa virum, viro carens,
producens germen huius arens,
hec estque Fenix vnica, 180
capillos cuius auri color

et uerticem miratur olor, |
in facie, qua mire solor,
arrident mala punica.

Ex intermixto liliali 185
rubedine cum roseali
maxille sorte nitent tali
perfuso fronte parcius,
tintinnos non adulter fucus
subtilis iste, cum sit brutus, 190
subornat neque cingens sucus
pudorem rodens arcius.

Nasique forma moderata
est nec depressa nec elata,
pigmenta reis de quo grata 195
scaturiunt cottidie.
huic oculi prerutilantes
sunt et ut stelle radiantes
ac in uirtute choruscantes,
sol tamquam in meridie, 200

Seseque sompno nunquam dantes
palpebre neque dormitantes
sunt, sed pro suis uigilantes,
preclara supercilia
o quam decenter ornant uultum, 205
totius quoque forme cultum,
oreque labris rubet multum
hec pulchra Syon filia!

In India nec ebur tale
nutritur, dentibus est quale 210
candoris decus uirginale
illustrans oris medium,
gutturque lacteo colore
candescit, collum niuis more,
stupescit mentum pre decore, 215
fit exul omne tedium.

Supernus auctor egit sorte,
quod aures huius forent porte
celorum regis, preces forte
nolentes vnquam spernere. 220
o quam felicem, quam beatum
hunc dicam fore, cui datum
est hunc preclarum et dicatum
vultum in ewm cernere!

MUTACIO RITMORUM.


Crutatur ab infancia 225
pectus . . . . . merum
precepta cum flagrancia
conditoris rerum
et ubera fragrancia
sunt huic, deum verum 230
in iuuene lactancia,
antiquumque dierum.

Est uenter huius aureus,
argenteus, beatus,
et merito eburneus 235
et gemmeus vocatus,
portatur quo ethereus
celorum aduocatus,
per quem iacet uippereus
iam coluber prostratus. 240

Reuera, celsi solii,
dum nuncius legatur,
cor huius instar folii
palmarum eleuatur,
et ut repandi lilij 245
sic supra dilatatur,
dum flebant Eue filii,
ecce, ancilla fatur.

Virginea decencia
ad instar plume cigni
sunt brachia nitencia
ex aloesque ligni
odore redolentia
diuino apta igni,
amplecti cum frequentia
o, si essemus digni!

Ingenti pulchritudine
sunt manus decorate,
decenti longitudine,
cum digitis ornate
donandi aptitudine,
que minime serate,
sed dandi promptitudine
sunt aquilis prelate.

Tornatilis est dextera
virtutum genitiua,
est et cum nouis uetera
carismatum datiua,
est plurium ad ethera |
suorum vocatiua,
sic est et inter cetera
reatus ablatiua.

Ornatu decentissimo
stant coxe, genu sura
sub ordine rectissimo
cum plantis tali cura
in statu solidissimo,
vt uirgo sistat pura:
sic placuit altissimo,
quem metuit natura.

Reorque quod lactifluos
non dat natura tales
pedes, prorsus mellifluos
250 tu uirgo gestas quales,
in gratia rorifluos, 285
que nil negare uales,
nos in delicta profluos
celestis alas ales.

255 Altissimi itineris
in gressu seruas pedes 290
sic, quod ab annis teneris
hos lapide non ledes;
memento nostri oneris,
260 cum filio dum sedes,
nos Abrahe ut generis 295
fiamus coheredes.

Lux omnium pulcherrima,
prerutilans honesta,
265 te fama celeberrima
gens prerogat modesta 300
et laude cum creberrima
sic tua narrat gesta,
quod muta sit acerrima
270 vox aspidis funesta.

Mirando mirabiliter 305
. . . . natura miratur,
dum tam ineffabiliter
in cunctis operatur,
275 quod omne decus taliter
in virgine locatur, | 310
quod supersit, uel aliter,
quod desit, ne linquatur.

Est enim nimis dapsile,
280 quod excedendum motum
natura sagax agile 315
profudit plus quam totum

in corpus venerabile,
ab illo quippe fotum,
cuius nomen mirabile
est in Iudea notum. 320

MUTATIO RITHMORUM.


Irgo hec est recens Eua
mutans nomen veteris,
quam decepit aspis seua
morsu pomi sceleris,
hec est sponsa, cuius leua 325
sponsum cingit etheris,
hec est arcus, quo longeua
signa dantur federis.

Ista Ruth est Moabitis
Boos placens domina, 330
impetrans, ne sue uitis
deleantur nomina,
placans Dauid thecuitis
hec est prudens femina,
te figurat uirgo mitis 335
Sunamitis gemina.

Realis archa hec est illa
seruans in diluuio,
ne Karibdis nos uel Scilla
obruat in fluuio, 340
hec est Thamar, cui armilla
arca fit in biuio,
sed non tangat hanc scintilla
cannis neque liuio.

Gloriosa hec puella 345
caput terens Zabulo
est et Moysi phicella
abscondentis sabulo
Egyptium gerentem bella
cum hebreo famulo; 350
hec est stella, stillans mella |
cum celesti pabulo.

Ista scala est, quam uidet
Iacob celos tangere,
per quam homo non diffidet 355
ad superna scandere;
hecque Iahel non formidet
hostem clauo frangere,
solatur hec Rachel dum stridet
natos uolens plangere. 360

Narrat sese lator legis
vidisse rubum spineum,
quando custos erat gregis,
vomentem rogum igneum
sed rubum hunc, si caute legis, 365
non sydus nocet flammeum:
sic natum gignit nata regis
non ledens uas uirgineum.

In tribu Leui uiridatur
virga Aaron arida, 370
quam pontifex dum contemplatur
nuce floret turgida:
sic ex radice generatur
virga Yesse florida,
virgo per hanc figuratur 375
sine viro grauida.

Spicas septem vnum granum
mittit in granarium
per Ioseph testem non prophanum,
deus per septenarium: 380
sic mittit granum non inanum
ventris in sacrarium,
quod humanum manet sanum

virginis armarium.

Manhu? dicit tunc obscena
plebs uere miserabilis,
quando nubes, quam serena!
nec ad pluendum abilis,
manna pluit: deo plena
virgo venerabilis
sic prolem parit sine pena,
carne manens stabilis.

Audenter dico, quod hic lapis |
est virgo fecundissima,
Israhel ita per quem capis
fluenta potentissima;
si lingua cordis recte sapis,
que mella sapidissima
producit illa, hec est apis
sponsa placidissima.

Raab hec est nos per plana
prohibens incedere
et uirtutum per montana
solarium ascendere,
Gedeonis hec est lana,
ros in quam scit descendere:
sic uirgo carne sub humana
scit deum conprehendere.

Ista est columba gnara,
que oliuam retulit,
est et hec fidelis Sara,
que ancillam expulit,
hec est Rachel, quam preclara!
que hunc Joseph protulit,
qui, dum grana forent cara,
Israhelem transtulit.

Est hec uirgo non annosa
preclusum habens uterum,
quam prole beat generosa
deus et hunc puerum
in Hely sede gloriosa
locat sicut ueterum
scripta narrant seriosa,
vt sit ultor scelerum.

Hec est Hester, quam Assuerus
audit in vestibulo,
vt equester Aman ferus
pendat in patibulo,
hecque Iudith Holoferni
seuo tanquam tribulo
caput cudit sicut cerni
datur in latibulo.

Virtuosa Anne nata,
Abygail quam typicat,
vt morosa aduocata
per te Nabal replicat.
hec est pera Dauid, de qua |
tunc lapillum explicat
et reuera mente equa
cum Golia dimicat.

Mychol ista pro monarcha
priuat nos prepucio,
cytharista coram archa
saltat sine vicio,
in erumpna ut agonis
Eua est polucio:
sic alumpna Salemonis,
aue! est solucio.

Ista classis est, quam struxit
Salemon pacificus,
et cum massis auri duxit

gnarus maris nauticus,
quodque Parsis stelle maris
nouit rex arabicus
atque Tharsis, quando paris 455
hunc, qui est mirificus.

Lechitus quidem sareptene
cum farine uasculo
hec est, fidem seruans bene,
mater carens masculo; 460
non seratur vas utrumque,
sed stat in propatulo,
vt pascatur hinc quicunque
filius cum catulo.

Ista humus, parens uermis, 465
qua Ione perit edera,
et Iude dumus fit inermis
pacis perdens federa.
amictam sole luce plena
virginem considera, 470
quam cum prole duodena
circumcingunt sydera.

Sicut fata Ysaie
septeno gaudent flamine,
sic lampas grata Zacharie 475
septiformi lumine;
que sic orsus est propheta
quiuis suo ordine,
credo prorsus, quod pro feta |
sint narrata uirgine. 480

Est in rota uas perfectum
Ieremie figuli,
hec deuota uas electum,
quo solamur singuli.
hec est edes Samuelis 485
sapientis reguli,
cuius sedes est in celis
facta caput anguli.

Tu Osee innouato
nouali fers preconium 490
et Mychee preparato
monti testimonium,
in quo fixa domus dei
est in patrocinium
et affixa clauo spei 495
gens cunctarum finium.

De Iohelis domo recens
fons rigans egreditur,
Danielis monte decens
lapisque preciditur 500
manu sine conplectentis,
est, ut uirgo creditur,
sine fine mater entis
fit nec carne leditur.

Ezechielis hec est porta 505
clausa manens iugiter,
quod fidelis plebs retorta
fide tenet firmiter,
quam ingressus est sincerus
pontifex suauiter 510
et egressus deus uerus
est et homo pariter.

Vas in igne preparatum
est electrum continens,
est insigne vas beatum 515
ventris fructum retinens,
vas delatum, vas uirtutis,
gracie vas eminens,
vas probatum, vas salutis

dulce pondus sustinens. 520

MUTATIO RITMORUM.


Mnipotens in area
fasciculum fundauit,
qui ut potens tartarea
et claustra deuastauit,
non inpotens propterea 525
ad regna remeauit,
sed prepotens etherea,
hijs testis Amos cauit.

Tuta nimis certissimi
mons Syon estimatur 530
examinis artissimi,
dum arbiter legatur,
salua nimis tutissimi
hec uirgo reputatur
mons flaminis sanctissimi, 535
Abdyas ut testatur.

Ut mistice sol oritur,
quo Cristus sol oritur
deifice, non moritur,
qui carne dum moritur, 540
pacifice non potitur
locusta, sed potitur,
nec bruti uice metitur,
quod Naum sic metitur.

Solempniter te visitat, 545
domus, que cunctis pates,
perhenniter qui militat,
et tremunt potestates,
fideliter plebs flagitat
te nobilis gagates: 550
sic firmiter nec hesitat
Ageus canit vates.

In lacu prestas prandium
per Abacuc translatum,
que cibum gestas gaudium, 555
cor sanas et palatum,
dum nos potestas fortium
incusat ob reatum,
sors vna restas sortium
fac iudicem placatum. 560

Sordis oblata nescia
es uirgo Malachie
et preparata hostia
fidelis Sophonie, |
per orbis lata spacia 565
dant laudes hec Marie,
que fluis grata gracia
tu, genitrix Messie.

Te viatori hostium
Iob pandit peregrino, 570
obstans furori hostium,
ut pax sit inquilino,
linito more postium
cruore cum agnino,
te trium chori testium 575
persignant in camino.

Ardenti certe currulo
Helyas, flos uirtutis,
Thobias per te baculo
leuatur senectutis; 580
virgo, aduerte oculo
delicta iuuentutis
et Cristi uerte clanculo
furorem a pollutis.

MUTATIO RITMORUM.


Amelis potum tribuens 585
es ydria fontalis
querelis porci annuens
Rebecca genialis,
cor telis quondam acuens
Ysaac liberalis, 590
sub uelis latet imbuens
quo sensus spiritalis.

Ornatam in monilibus
te deus concupiuit,
creatam a senilibus 595
diebus te presciuit,
dotatam mille sortibus
te spiritus igniuit
et gratam pre consortibus
te oleo liniuit. 600

Legalis es confugij
vrbs reis deputata,
vitalis spes refugij,
fidelis aduocata,
letalis dum supplicij 605
sententia sit lata
finalis, fac, ne uicij
res fiat iudicata.

Languenti tu probatica
es vtique piscina, 610
pergenti non erratica
es stella matutina,
prudenti dona mistica
tu Saba fers regina,
trahenti tu mirifica 615
es attrahens cortina.

MUTATIO RITMORUM.


S paradysus domini
locusque voluptatis,
es lux creata homini
fulgore caritatis, 620
es sol desistens nemini
nitore pietatis,
es luna nostro semini
dans robur castitatis.

Gementibus et flentibus 625
es annus iubileus,
gemens sub sordis sentibus
per te resurgit reus,
eulosus per te eminus
fugatur Ebuseus, 630
gibbosus fide geminus
te fugit Manicheus.

In celis tu pre omnibus
es honor trinitatis,
in terris pax hominibus 635
es bone voluntatis,
in penis se purgantibus
solamen lenitatis,
in mari naufragantibus
portus tranquillitatis. 640

Tu, inter spinas lilium,
scis filias ornare,
tu uagum patri filium
scis reconciliare,
tu genua debilium 645
scis, uirgo, roborare,
tu mentibus humilium
quietem scis parare.

MUTATIO RITMORUM.

Eterni verbi entis summi
de te stillantis more gummi 650
es mater et nummisma nummi,
qui pneumate contuditur,
matrona sortis tu es illa,
quam prearmauit hec armilla,
Iob precónante qua maxilla | 655
Leuiathan pertruditur.

Tu mulier es, per quam Eue
funestus anguis, pectus leue
liuore blando fraudans seue
insidians, conteritur, 660
tu fouens Dauid Sunamitis,
tu placans regem thecuitis,
tu botrum gingnens feta uitis,
que in phalanga geritur.

En, superborum subdis colla, 665
tu spei nostre lebes, olla,
tu panem das sogolla
tuque farina nitida,
es olus, per quam dulcoratur,
dum mors in olla dominatur, 670
qua ad vescendum preparatur
letalis colloquintida.

Amica sponsi, fida tutrix,
tu nata nati, patris nutrix
inoportuno tu adiutrix, 675
tu salus in periculo,
regalis uirgo, uirga Yesse,
virtutes de qua sunt egresse,
tu laborantum falx in messe,
spes mortis in articulo. 680

Diuine prede tu es cassis,
salutis nostre firma tassis,
tu quies in labore lassis,
tu fixus polus articus,
dypondium tu es et assis, 685
tu Salemonis illa classis
ex Ophyr, auri quam cum massis
aduexit gnarus nauticus.

Oliua pacis vnctuosa,
tu laurus es uictoriosa, 690
tu storax pinguis resinosa,
tu mastix aromatica,
tu redolens es cynamomum,
odoris suauis tu amomum,
tu pontus uite gestans pomum, 695
tu nardus quoque celtica.

Miranda turtur carens felle,
tu apis es habundans melle,
tu sutrix deum regens pelle,
humane carnis tunica, | 700
in matutino lucens stella,
vinaria tu regis cella,
bituminata tu phycella,
tu casta Fenix vnica.

In domo Dauid cedri tignum, 705
tu nationis nostre signum,
fructiferum tu vite lignum,
non defluens in folio,
conclusus ortus, fons signatus,
tu ager axe mitigatus, 710
diuinitatis sato satus,
tu messis carens lolio.

Nam te gustanti tu es suauis,
tu celi, terre vera clauis,
in turbulento mari nauis, 715

tu prora, puppis, anchora,
rostrata ratis, tu triremus,
tu trieris et quadriremis,
tu scapha velox es biremis
strumosa saltans equora. 720

Ortorum tu fons vere gratus,
ad irrigandum ortis datus,
tu puteus aquarum latus
cum inpetu fluentium,
in Libano tu exaltata 725
es cedrus, tu cypressus lata,
tu platanusque dilatata
es in plateis gentium.

In machina confessionis
pro filia contricionis 730
expugnans arcem Babilonis,
tu fidei fundibula,
tu torax, facta manu dei,
lorica firma tu es spei,
triumphant in qua Machabei 735
tu Ionatheque fibula.

Orthodoxorum ciuitatis
tu murus es securitatis,
seratus claue veritatis,
tu turris fortitudinis, 740
tu templum es diuinitatis,
tu solium uirginitatis,
triclinium tu trinitatis,
tu domus sanctitudinis. |

Humane spei tu vexillum 745
defendens magnum et pusillum,
inermem, orbum et pupillum,
tu clipeus et galea,
tu firma predux es cohortis,
tu propugnatrix uere fortis, 750
tu es in ludo nostre sortis
scatabulum et alea.

Augusti solis tu quadriga,
tu dupli currus lune biga,
tu rota, turrus et auriga, 755
tu orbita iusticie,
nauclera, barca, tu karina,
phaselus, carbasus, anquina,
tu remus, remax tendens lina,
tu portus es leticie. 760

Nascentis Cristi clemens illa
es, uirgo, mater et ancilla,
quam prodit decuplex Sibilla
solempni vaticinio,
te, quamuis de Iudea gente, 765
plebs stulta neget ceca mente,
nugaces defraudantur lente
fallaci patrocinio.

Nature carnis prolem parens,
carnali gustu prorsus carens, 770
tu gignis florem radix arens,
vt sentit vir theologus,
preclara uirgo tu es, Ihesum
que nutris, huic prestans esum,
testamen cui dat illesum 775
Albumazar astrologus.

Impleta deo tu lagena,
tu ydria farine plena
et miserorum tu crumena
serata cum sollertia, 780
nociua stringens tu cathena,
rynocerotis tu habena,
leonem pregnans tu leena

surgentem die tercia.

Pulcra tu tota es amica, 785
decora, suauis et pudica
in te nec vlla ruge plica |
vel fomicis est macula,
in Iherico tu florens rosa,
oliua campi speciosa, 790
tu fusca, nigra, sed formosa
vt cedar tabernacula.

Accingens deum tu es hamus,
constringens hostem tu es chamus,
oliue pacis florens ramus, 795
astringens pacis federa,
illesus ardens tu es dumus,
quem pneumatis obumbrat fumus,
producens uermem tu es humus,
qua Ione perit edera. 800

Pudicis trinum stringens loris,
tu laqueus es venatoris,
tu rethe summi piscatoris,
tu altus Iacob puteus,
origo tu es fontis diui, 805
fons uite salientis riui,
tu sacer fornax panis uiui,
quo uiuit homo luteus.

Es sol de sole gingnens solem,
tu prolem prolis parens prolem, 810
qui celi molis terre molem
cum mole gestat equoris,
tu cassis es captiuans deum,
cassilidis producens eum,
qui extricauit Asmodeum 815
assati parte iecoris.

MUTATIO RITMORUM.

Cristianismi nobiles
ad cenam scis uocare,
tu pauperes et debiles
facis appropinquare, 820
tu cecos, claudos, fragiles
conpellis subintrare,
tu paruulos et humiles
de cena das gustare.

Cristicolis tu sapere 825
das veritatis fontem,
tu sinu noscis capere
seuum rynocerontem,
tu iustis das euadere
obscurum Flegetontem, 830
tu ne nos sinas cadere
in mortis Achyrontem. |

Ingenuo tu germine
prodis patriarchali,
tu alto manas sanguine 835
radice de regali,
tu claro scandis semine
Phebe patriarchali,
tu sacro surgis ordine
stirpe sacerdotali. 840

Iustis tu ex parentibus
es uirgo procreata,
tu annis a recentibus
diuinis mancipata,
tu animis feruentibus 845
precepta comitata,
tu ulnis cum trementibus
portantem amplexata.

Medicinalis camphora,
tu salutaris litus, 850
tu es farine amphora,
tu olei lechitus,
tu mistica methaphora
loquendi ornans ritus,
tu repetens anaphora, 855
qua sermo fit politus.

Imber tu es clementie,
quo recreatur reus,
tu uas, in quod prudentie
sal mittit Elyseus, 860
tu templum, quod in facie
adornat Machabeus,
tu funda, qua in acie
succumbit Philisteus.

Sanando marach fluuium 865
tu uertis in dulcorem,
tu iter planas inuium
reflexum et rigorem,
tu agnum quondam deuium
reducis ad pastorem, 870
tu miserendo premium
das lassis post laborem.

Iherusalem tu filia
mitissima, petenti
tu optima consilia 875
das, veniam querenti, |
tu places inter lilia
filiolas pascenti,
tu bona super milia
tám auri quam argenti. 880

Tu terra es saluifica,
quam deus benedixit,
tu stella iacobitica,
quam Balaam predixit,
tu clauis es dauitica, 885
que celo nos affixit,
tu es serpentis partica
percussus qua reuixit.

Tu, cuius nomen nobile
est oleum effusum, 890
tu manus quoque mobile
es apprehendens fusum,
tu pessulum inmobile
ad sponsi patens vsum,
tu ostium prenobile 895
castissime conclusum.

Tu, virgo, terra rubea
es, homo qua plasmatur,
tu uectis es in vinea,
qua botrus baiulatur, 900
tu, uirgo, lex es ignea,
qua deus preamatur,
tu caritas, nec carnea,
qua proximus grauatur.

Tu lignum esse diceris 905
in centro paradysi,
tu fluuii fons crederis
in quatuor diuisi,
tu uitis esse nosceris,
qua simus non precisi, 910
tu palmesque dinosceris,
qua cuncti sint gauisi.

Tu rete, quod non rumpitur
in piscium captura,
tu uestis, que non scinditur, 915
sed sortis capit iura,

tu sera, que non frangitur
per tractos de clausura,
tu uirgo es, ut creditur, |
post partum manens pura. 920

Tu, uirgo, uirga fumea
aromate pigmenti,
tu uirga regi aurea
conueniens clementi,
tu uirga quoque lignea 925
valens progredienti,
tu, uirgo, uirga ferrea
es inobedienti.

Tu archa es etherea
eterni testamenti, 930
tu vrna quoque aurea,
qua panes sunt retenti,
tu tabula lapidea
dans decem iussa genti,
tu seruo das preterea 935
mnam decem mnas habenti.

Tu aqua de cysternula
a Dauid concupita,
tu lucens dies, vernula,
tu verax iacobita, 940
tu es in nostra terrula
vox turturis audita,
tu humilis puellula
a deo recensita.

Tu trinitatis cellula, 945
tu simplici vnita,
tu fida prudens famula,
tu ciuitas munita,
tu bonitatis formula,
virtutibus polita, 950
tu sine dolo normula,
tu uerax via, uita.

Tu flos, tu veris primula,
tu ornas plebiscita,
tu castitatis infula, 955
fidelis Samarita,
tu semiuiui baiula,
quem preterit leuita,
tu transuehis ad stabula,
quem transit aronita. 960

Tu aurea murenula
argento redimita,
tu es cedrina tabula,
qua domus est vestita,
tu nobilis candidula 965
prefulgens margarita, |
tu secretorum cedula,
tu archicenobita.

Tu consolatrix sedula,
tu sors es diffinita, 970
tu lucens lux per secula,
vmbra legis finita,
tu dulce canens fistula,
qua salus est recita,
tu ubertatis cystula, 975
qua famis est sopita.

Tu sponso prebes oscula,
quam pulchre insignita,
tu deitatis cartula
sigillo conmunita, 980
tu omni carens macula,
tu salus prefinita,
tu omnis boni clausula,
tu merces infinita.

MUTATIO RITMORUM.


Estetur, quid phanaticus
seu latet mathematicus
kalende, none, ydus,
ad prosperum quid inprimant,
vel asperum quid reprimant,
tu sortis nostre sydus. 990

Tu ylech nostri staminis,
alkocoden spiraminis,
phirdaria annorum,
tu achazir nascencium,
almutez tu presencium, 995
tu typus futurorum.

Tu patris contubernium,
tu nati lectisternium,
tu pneumatis cubile,
tu gregi pandis stabulum 1000
erranti et das pabulum,
reducis ad ouile.

Tu principis es filia,
in calcijs nobilia,
quam ornant paramenta, 1005
et centum mille milium
cum speculis monilium
decorant ornamenta.

Tu uatum es oraculum,
tu fidei signaculum, 1010
quo deus subarratur, |
tu sydus sanctimonie,
tu nidus castimonie,
quo Cristus collocatur.

Tu turris propugnaculis, 1015
tam clipeis quam iaculis
munita cum millenis,
ac armatura fortium,
insultibus cohortium
resistens alienis. 1020

Tu illum capis grabato,
qui hominem in sabbato
in toto, non in parte
saluificat, in anima
confortans pusillanima 1025
diuinitatis arte.

Tu cecis es collirium,
tu castis dextrochirium,
tu rutilans berillus,
tu predux es currentibus, 1030
post cursum quiescentibus
ceruical et puluillus.

Tu radius in nubilo,
tu gaudium in iubilo,
tu cantus nostri tonus, 1035
tu princeps in imperio,
tu clangor in psalterio,
in cymbalis tu sonus.

Tu legis in decalogo
sanctorumque cathalogo 1040
fers sceptrum, dyadema,
tu fidei sermologo
de textu, quam de prologo
es ueritatis thema.

Tu es conuenientibus 1045
et pie conferentibus
locucionis scema,
tu in paradigmatibus,
obscuris enigmatibus

salutis es problema. 1050

Tu gemma pudicicie,
tu uasculum mundicie,
tu castitatis norma,
tu speculum iusticie, |
fugatrix tu malicie 1055
es veritatis forma.

Tu acus es plumarij,
tu pinta coriarij,
tu colus nentis fila,
tu spes certantis gladio, 1060
currenti sors in stadio,
tu pontis nostri pila.

Tu incus, tu metalleus
es huius fabri malleus,
auroram atque solem 1065
qui fabricans conglutiat
et in statera trutinat
totius orbis molem.

Tu noctis in silentio,
ne sathane preuentio 1070
extendat fraudis lora,
resistens in insidijs,
fulgentibus presidijs
es rutilans aurora.

Tu ensis Appollonij 1075
in bello testimonij
confortans Machabeum,
tu fortis es uernacula,
acuta cum nouacula
decaluans Assyreum. 1080

Tu nauis es Armenie,
fons et origo venie,
tu gracie cisterna,
tu lumen es in tenebris,
pecunia cum fenebris 1085
accumulans superna.

Tu fortis es afferesis,
tam scismatis quam heresis
eliminans venena, |
tu lotrix tergens crimina, 1090
collustrans cordis limina,
tu diluis obscena.

Tu cum reclinatorium
regale consistorium
sis summe trinitatis 1095
patensque diuersorium
proselitis ciborium
diuine maiestatis.

Te cuncti laudant angeli
collaudant et archangeli, 1100
cetus patriarcharum,
te potestates celice,
virtutes ewangelice
cum turbis prophetarum.

Te predicat theologus 1105
te prefert phisiologus,
te medicus, legista,
te naturalis phisicus
miratur, methaphisicus,
extollit canonista. 1110

Locucione congrua
perfecta nec incongrua
gramaticus te prefert,
et loycus non ambiens
a uero falsum abiens 1115

famosa de te refert.

Te coloratis floribus
politis rhetor moribus
extollit gloriose
et calculator ethice 1120
rem tuam aritmetice
dinumerat famose.

Geometer tetragonis,
pentagonis, exagonis,
eptagonis figuris | 1125
te circinat, et naydes
te laudant atque triaydes
et omne nomen ruris.

Te quoque cum proceribus
tam nouis quam veteribus 1130
astrologi testantur,
te stelle, celi sydera,
te planetarum federa
cum signis venerantur.

Te lucens polus articus, 1135
te latitans antharticus,
arthophilax, boetes,
te lucifer et plyades,
orion atque hyades,
te luna sol cometes, 1140

Te Auster, Eurus, Oriens,
te aquilo, te occidens
multiuagusque ventus,
te imber, nix et flumina
tonitruum et fulmina 1145
typhonitusque lentus

Et cuncta sub imperio
vtrouis emisperio
et globo sub lunari,
que sunt in cunctis finibus, 1150
in insulis et sinibus,
abyssis et in mari,

Natancium, currentium,
volantium, repentium
te preferunt nature, 1155
equestrium, pedestrium,
campestrium, siluestrium
honorant creature.

Te musicus altisone
in canticis dullcisone 1160
extollit iubilando,
tybicen te, psaltericen,
liricen atque cornicen |
honorant modulando,

Te cytharis clangentibus 1165
et iubilum agentibus
celestes cytharedi,
te tubis concrepantibus
et cymbalis sonantibus
ymnidici, trayedi 1170

In choro et in tympano,
in cordis et in organo,
quam reuerenter laudant,
et omnium viuencium
et lingulas mouentium 1175
te spiritus collaudant.

MUTATIO RITHMORUM.


Dcirco, virgo pia,
Maria, gaude,
dei mater dya,
sophia, . . pia plaude. 1180

Misericors benigna,
tu digna, laude,
diluens maligna,
dans signa pre hostis fraude.
Tu casta sunamitis, 1185
tu mitis quidem,
sedatrix thecuitis
es litis pridem,
fida moabitis,
Rut ditis Booz equidem. 1190

In nubibus tonantem
infantem geris,
cuncta baiulantem,
firmantem molem etheris.
Tu inuidum serpentem 1195
furentem teris,
demonis ingentem
frendentem dentem conteris,
Draconem uirulentum
distentum feris, 1200
salutis incrementum
frumentum seris,
tollens esculentum
cruentum pomi ueteris.

Tu trinitatis cella, 1205
phycella tremens,
radiosa stella,
bedella regis vehemens,
Pro nobis interpella
puella clemens, 1210
veni, leni bella,
flagella benigne demens.
Exuta carnis pelle,
dum uelle ruit,
ad terram sine felle, 1215
que melle fluit,
duc nos iungens celle
nouelle, quo manna pluit.

MUTATIO RITHMORUM.


Uod genitor ingenitus,
cunctorum restauramen, 1220
et natus vnigenitus,
lapsorum subleuamen,
et spiritus non genitus
nec factus, sed spiramen
concedat nobis penitus 1225
et nunc et semper amen.

SEQUUNTUR CARMINA TAM SPIRITUALIA QUAM PROFANA CODICUM PRÆSTANTISSIMORUM SÆC. XIII, QUI QUONDAM M. FLACII ILLYRICI CUM DIU DESIDERATI SINT NUNC GUELFERBYTI IN BIBLIOTHECA DUCALI ASSERVANTUR.

CXXII. PORTA SALUTIS, AVE!

POrta salutis, aue!
per te patet exitus, aue! |
venit ab Eua aue!
Ave, quia tollis a|ue!

CXXIII. AVE, MARIS STELLA.

DE B. MARIA VIRGINE.


Ue, maris stella,
virgo, decus uirginum,
celi regis cella,
media|trix hominum,
ne nos pereamus, 5
ad te suspiramus,
ut a nobis criminum
procul sit procel|la.

CXXIV. PRÆSUL NOSTRI TEMPORIS.

DE QUODAM PRÆSULE.


Resul nostri temporis,
patrie presidium,
emulandi decoris
et virtutis precium
. . . . 5
sanguinem patricium,
actus augens Hectoris
uires frangit hostium,
annis dignus Nestoris,
probis prestans premium. 10


CXXV. DIC, CHRISTI VERITAS.

DE VERITATE PERDITA.


Ic, Xpisti ueritas,
dic, rara caritaz,
dic, cara raritas,
ubi nunc habitas?
aut in ualle uisionis, 5
aut in throno Pharaonis,
aut in alto cum Nerone,
aut in antro cum Theone?
vel | in fiscella scirpea
cum Moyse plorante? 10
uel in domo romulea
cum bulla fulminante?


CXXVI. DE MONTE LAPIS SCINDITUR.

DE SALOMONIS LAPIDE ANGULARI.


E monte | lapis scinditur
mirabili miraculo,
ab illo cum disiungitur
non manus amminiculo:
lapis hic intelligitur, 5
quem Salomon in angulo
templi perfecti dicitur
cortle locasse sedu|lo.

CXXVII. PRÆMII DILATIO.

DE PRÆMIO SUSPENSO.


Remii dilatio
meriti supplicium,
quod potentum uitio
cedit in prouerbium.
deuotis obsequium 5
. . . .

qui suspen|dunt premium,
ne, recepto premio,
declinent obsequium;
set, quo plus suspenditur, 10
plus uenturum uenditur.
Uoto longo uenditum
prodit munus | meritum.

CXXVIII. TRINÆ VOCIS TRIPUDIO.

DE CLERO MUNDANA DILIGENTE.

TRine uocis tripudio
sonet concors discordia,
ut lingua, mens et actio
pari concordent gratia,
trium dulcore contio 5
inebriatur sobria.
Presens qui colit gaudium,
penset eterni premium,
meum conferat studium
facta qui ponderat omnium. 10

Honus, quod nobis alligant,
nolunt mouere digito;
hinc est, quod eos diligant,
qui palpant in abscondito;
hos a secretis abigant, 15
qui terrent uite merito.
Presens.

Omne cor merens hodie
caput est om|ne languidum;
clerus campo licentie 20
uagus ut uulgus sordidum
semen legis et gratie
solum condit in aridum.
Presens.

CXXIX. VERBUM PATER EXHIBUIT.

DE VERBO ET CARNE.

VErbum pater exibuit
promissum ab initio,
nobis quod | pandi uoluit
in uirginali gremio;
procedit de principio 5
principium, quod induit
carnem, quam mori statuit
prime matris suggestio.

CXXX. HAC IN ANNI IANUA.

IN ANNO INEUNTE.

HAc in anni ianua,
hoc in Ianuario
tendamus ad ardua
uirtutum subsidio.
gaudia sunt mutua, 5
muto facto uitio,
reproborum fatua
reprobatur actio.

Anni noui nouitas,
nouas leges afferens, 10
sequi vetat vetitas
vetustatem auferens:

probos probat probitas
probis proba conferens,
contunditur prauitas 15
probitatem conterens.

CXXXI. CRUCIFIGAT OMNES.

DE ALTERA CRUCE DOMINI.

Rucifigat omnes
domini crux altera!
noua Xpisti uulnera!
arbor salutifera
perditur, sepulcrum 5
gens euertit extera;
uiolente
plena gente
sola sedet ciuitas;
agni fedus 10
rumpit hedus;
plorat dotes perditas
Sponsa Syon, ¦ immolatur
Ananias, incuruatur
cornu Dauid, flagellatur 15
mundus,
ab iniustis abdicatur,
per quem iuste iudicatur
mundus.

Mundum renouauit 20
deus, dum puerpera
clausit intra viscera,
mare, terram, aera
qui sponte creauit,
et causa non extera. 25
imflammatus
nec crematus
ubus hoc et vellera
Gedeonis,
Salomonis 30
hic prefulgent opera.
figura: anc quod testatur,
qui de morte suscitatur
et ad vitam reuocatur,
homo, 35
vicio qui fuscabatur,
iam uirtute decoratur
domo.

Ergo collaudetur
mater uirgo virginum, 40
reparatrix hominum,
effugatrix criminum
cuncta que tuetur,
que concepit dominum,
iubilamen 45
et solamen
letorum et flentium,
respiramen
releuamen
pressorum labencium. 50
Ista nolim impetrare,
velit post hanc exaltare
vitam in lucis preclare
domo,
quos assumpsit singulare 55
facinus mortis amare
pomo.

CXXXII. QUID TU VIDES IEREMIA?

DE S. IOHANNE APOSTOLO.


Vid tu uides, Ieremia,
uirgam uigilantem?
et tu quid, o Zacharia,
aquilam uolantem?
Iohannes instruens 5
fert legis oculum,
errores destruens
texit funiculum.
Hic est discipulus,
hic uigil oculus 10
aquile notauit
solem iusticie,
hic sol ecclesie
tenebras purgauit. |
Haurit solem, cum senescit, 15
etas aquilarum
hausto sole reflorescit
ad fontes aquarum.
omnes operuit
nox primi criminis, 20
donec resplenduit
rex magni nominis.
Sol iustus oriens,
fons vite saliens
huic expandit sinum: 25
sic hausit medio
fontis in gremio
caritas caminum.

CXXXIII. LUTO CARENS ET LATERE.

DE HEBRÆO BAPTISMI UNDA MUNDATO.


Vto carens et latere
transit Hebreus libere,
nouus nouo karactere
in sicco mente munda
transit Hebreus libere 5
baptismi mundus unda.

CXXXIV. PURGATOR CRIMINUM.

DE IUDÆA DOMINUM NON COGNOSCENTE.



Vrgator criminum
de patris dextera
venit ad hominum
sananda uulnera;
cognosce dominum, 5
Iudea misera!
lex ha|bet terminum,
recedunt uetera,
nec mundant scelera
ritus libaminum 10
nec legis littera.

O gentis simplicis
cor plus quam ferreum,
amurcam respicis
nec vides oleum, 15
in esu corticis
non gustas nucleum,
de granis elicis

panem furfureum,
nec imples horreum
frumento triticis
preponens ordeum.

CXXXV. FESTA IANUARIA.

DE FESTIS IANUARIIS.



Festa Ianuaria
festiua sunt festorum,
uera figuralia
insignia signorum:
Hec luminum oblatio
hec est illuminatio,
qua patet declaratio
rataque rerum ratio.

CXXXVI. LATEX SILICE, MEL PETRA PROFLUIT.

DE GRATIIS IESU CHRISTO REFERENDIS.

Latex scilice,
mel petra profluit,
medulla cortice,
manna terram compluit,
in ardenti frutice
flamma nil destruit;
eicit ueterna
Regulum cauerna
dextera superna;
spiritus emanat,
literam complanat,
sputo cecum sanat
lux de lumine,
suo sanguine,
qui librum gratie
scripsit immolatus.

In suppliciis
hec suplex hostia,
dum stat in hostiis,
petit hec stipendia,
ut de benefitiis
recens sit memoria.
quia pro te natus,
pro te perforatus
manus, pedes, latus;
pro te se despexit,
pro te resurrexit,
humeris reuexit
ouem perditam;
sequi semitam
per hoc conuinceris,
ne sis tot ingratus.

Quid cor asperum,
cor saxo durius,
tot fructus operum,
quid reddis melius?
ne dolore uulnerum
frangar dei filius,
uicem quam rependis?
quare non attendis?
quis est, quem offendis?
ergo prudens ire
diem preuenire,
iudicem lenire:

cures opere
hunc amplectere, 45
qui tibi brachia
tendit immolatus.

CXXXVII. LENITER EX MERITO.

DE IRA DOMINI MITIGANDA.


Eniter ex merito
ferendum, quod patimur,
meremur | ex debito
penas, quibus subdimur,
quia, dum deserimur 5
deserentes dominum
nec ad cor conuertimur
mole pressi criminum.
pene penam addimus,
longa ueste trahimus 10
peccatum implicitum
a peccato genitum. |

Omne in precipiti
cursu stetit uitium,
genus omne uetiti 15
prodiit in medium,
subiit exilium
actus omnis licitus
et suum offitium
exercet inhibitus; 20
ob hoc ira domini
comminatur homini.
penas dolens reserat,
ut peccata conterat.

Penis nostris tociens 25
diuina conpatitur
clementia, quotiens
ferox esse cogitur:
dolet et irascitur,
quia penas irrogat, 30
et qui iuste patitur
irascenti derogat,
uice uersa supplicat;
qui dampnatum iudicat,
ad penas improperat, 35
iudicem exasperat.

CXXXVIII. ISAIAS CECINIT.

IN FESTO BACULI.


Sayas cecinit,
sinagoga meminit:
Iesse radix exeret,
virgam uirga proferet,
florem flos amigdala, 5
sinagoge scandala,
aridula uirguncula
uiuificat florificat,
frutificat.
ecce ministerium: 10
uirgo uerbo peperit,
uerum dei filium.

Hec est illa uirgula
Moysis miracula
colubros percuciens, 15
sibi se reficiens,

hec diuisit maria.
noua ministeria
(cum lauas do)
renascitur colligitur 20
iunipera .....
mons extera
et in forma baculi
ueri uera signaculi
legitur figura. 25

Tytire, tu patule
largitati sedule,
in honorem baculi
psallant nugi geruli.
omnes gentes plaudite, 30
diem festum agite
cum timpanis et organis
multisonis ......
unisonis.
ecce, dies inclitus, 35
totus ludis deditus,
omnis psallat spiritus.


Lvdite cum sapitis,
nemo sani capitis
hunc ludum redarguat. 40
si persona congruat,
quasi digna baculo,
que non parcat loculo
sunt omnia communia
habentibus egentibus 45
et omnibus.
esto procul parcitas:
erit hec solempnitas
largitatum largitas.

CXXXIX. FRAGMENTUM.
DE SANCTO NICOLAO PONTIFICE.

....
.... | nalia
probatus in agone
non timuit
nec defuit 5
martirii corone.

Nicholae, pontifex egregie,
decus cleri, speculum ecclesie,
patrie solatium,
tuorum refugium, 10
fac, rogamus,
ut cernamus
iudicem propitium. |

CXL. O FELIX BITURIA.
DE QUODAM EPISCOPO.



O Felix Bituria,
caput Aquitanie,
in qua viget gloria,
lux et splendor Gallie,
in qua splendet gratia 5
Xpisti regis glorie,
qui sua clemencia
prouidit ecclesie.

Per | hunc mors conteritur,
premitur natura,
dum lux cecis redditur,
dum lucent obscura,
dum actus regreditur
perdit sua iura,
quod deus prosequitur
melior natura.

Mvndus hic a crimine
vixit | et in mundo
honores a lumine
salutauit mundo
corde, uixit munere
mundus, in profundo
non submersus remige
Xpisto fuit; fundo
tibi preces, inclite,
pro me funde Xpisto,
ut sub recto tramite
cursu | curram isto.

CXLI. SALVATORIS HODIE SANGUIS PRÆGUSTATUR.

IN DIEM NATIVITATIS IESU.



Aluatoris hodie
sanguis pregustatur,
in quo Sion filie
stola candidatur.

Ec|ce, nomen domini
de longinquo uenit
hodie, quod homini
perdito subuenit.
ecce, salua ueritas
ueraque saluatio,
cu|ius in preputio
literalis cecitas
terminum invenit.

Nouus Adam natus est,
ut nouetur mundus,
a quo tamen factus est
primus | et secundus,
quippe tam principium
idem sit et terminus,
seruus atque dominus
nescit hoc preputium,
nescit hoc inmundus.

CXLII. RELEGENTUR AB AREA.

IN FESTO PASCHÆ.



Elegentur ab area
fidelis conscientie
lutum, later | et palea
seruitutis Egiptie:
pressuris mancipati
sint libertatis hodie
caractere | signati.

Clausus in testa figulus
uniuit sibi fictile,
fons idem, fons et riuulus,
immo fluentum stabile
se nobis propinauit

assumensque mutabile,
quod erat, non mutauit.

Ad | vicem pullus asina
colligitur ad uineam,
uite panduntur limina,
quibus admouit rumpheam,
cuius uirtute sarcina
legalis leniatur,
nouelle uetus pagina
spiritu complanatur.

CXLIII. NATURAS DEUS REGULIS.

CHRISTUS CONTRA REGULAS NATURÆ NATUS.

NAturas deus regulis
certis astringi statuit
et a prescriptis formulis
nullo conatu potuit
ultra naturam progredi
uel per se citra regredi,
set his ligari uinculis
ipsorum auctor uoluit, |
qui retrahit et tribuit
naturis, quod uult, singulis;
ergo in nostris seculis
mortalis nasci uoluit,
quod eternus apparuit.
Carnem | sumens ex uirgine
triplex pandit misterium:
mortalis est ex homine,
quod clausum manet hostium,
quando prius egreditur,
spiritalis ostenditur;
quod sine patris | semine,
quod non habet initium
eternum tenens solium,
sub diuo sine tegmine
non egens medicamine
producit uirgo filium,
quia salus est ouivm.

CXLIV. PAUPER MUNDUM INGREDITUR.

DE HUMILITATE CHRISTI.



Auper mundum ingreditur,
qui rebus preest omnibus,
et abiectus egreditur
potens pre terre regibus.
se ipsum exinaniens,
suo patri obediens,
humiliter exequitur,
ut sic par sit humilibus.
insinuans hominibus,
quod porta celi clauditur,
inferius | exponitur
superbe resistentibus,
se extra se querentibus.

Qvos ab Egipti cophino
deus potentialiter
redemit et humiliter
pro seruitutis termino,
Benedicamus domino.

CXLV. TRANSGRESSUS LEGEM DOMINI.

DE MISERICORDIA SUPPLICANTE PRO HOMINE.


Ransgressus legem domini,
quam dedit deus homini,
homo dignus exitio
relegatur exilio,
set fons misericor die 5
huic, mediante filio,
finem dedit miserie.

Ueritati stat obuia
mitis mi|sericordia,
pro transgressore supplicans, 10
inmitem deum iudicans,
si prorsus ita destruit
creaturam, quam fecerat,
si perituram nouerat,
quam facere non debuit. 15

Er'go uerbum incarnari
uult pater, ut reformari
possit hominis status,
est Xpistus humanatus
carnem sumens de uirgine, 20
ab omni mundans crimine
non fuit mori ueritus,
ut homo, morti deditus,
uiueret libera|tus.

CXLVI. GLORIA IN EXCELSIS DEO.

PARAPHRASIS HYMNI ANGELICI.


Loria in excelsis deo
redemptori meo,
Galileo,
fide reo,
bone maiestatis 5
et in terra pax hominibus,
non tamen omnibus!

Ergo quibus?
fidelibus
bone uoluntatis. 10
hinc amor,
inde tremor,
inter utrumque premor.

Alleluya! expositum
laudate inuisibilem 15
patrem, filium, spiritum,
magnum, ruffum et humilem!
Xpiste, nostrum electrum,
tu lyre nostre plectrum
angelicis adapta, 20
formam nostram reforma,
nos angelis conforma,
captiuitate capta. |

Ergo sit gloria
patri et filio 25
et sit laus tertia
flamini tertio!
patri potentia,
nato scientia,
flamini bonitas! 30
trina est gratia,
una essentia,
equalis deitas.

CXLVII. BENEDICAMUS DOMINO.

BEnedicamus domino!
Natus corde patris, flos uirginis vnice matris,
Flos numquam marcens fedasti genos, odor arcens,
Omnibus irradians sol, perpete luce choruscans.

CXLVIII. MONSTRUOSIS FLUCTIBUS.

CIVITAS TAMQUAM CYMBA PETRI FLUCTUA.

MOnstruosis fluctibus
mare magnum estuat,
aquilonis flatibus
cimba Petri fluctuat,
quia dormit veritas. 5
sola sedet ciuitas,
quam scribarum ceci|tas
cecis locat ducibus.

CXLIX. DEO CONFITEMINI.

IN DIEM NATALEM DOMINI.

DEo confitemini,
qui sua clementia
carnem suo numini
iunxit in Maria,
ut Abrahe semini 5
promissa ferret auxilia
se conformans homini.
sic subiectum crimini,
seductum hostis malitia
redemit morte pia. 10
Laudes puri referat |
cordis sacrificium
iam offerat,
quem hostis seduxerat;
ipsum enim liberat 15
per filium
pater, ut promiserat,
et quem iuste miserat
in exilium,
pie refert, quo pulsus erat. 20

CL. GAUDEAT DEVOTIO FIDELIUM.

IN DIEM NATALEM DOMINI.


Audeat deuotio fidelium!
uerbum patris incarnatur,
noua proles nobis datur
et nobiscum conuersatur
salus gentium: 5
uite pandit hostium,
dum mortis supplicium
pie | tolerat.
mundi princeps exturbatur,
dum considerat, 10
quod per mortem liberatur,
qui perierat.

iure suo sic priuatur,
dum desiderat
illum sibi subdere, 15
qui nil commiserat.

CLI. ARTIUM DIGNITAS.

DE VILITATE SCIENTIARUM.

Rtium dignitas,
que primum uiguit,
moderne vitio
doctrine viluit,
que tot in uolucris 5
uerborum diffluit,
tot circuit,
quod se destituit
et nichil certum construit.

Qvi nunc infantium 10
more balbutiunt
et uulgi digito
monstrari cupiunt,
colantes culicem
camelum glutiunt, 15
que nesciunt
uel que non capiunt,
blasphemant uel transiliunt.

Tales concelebrat
preconum copia, 20
quibus innititur
doctrine gloria,
nec enim precium
meretur propria
scientia, 25
nisi venalia
mendicet per suffragia.

CLII. UT NON PONAM OS IN CÆLUM.

DE PRINCIPIBUS SUPERBIS.

T non ponam os in celum,
in incertum mitto telum;
qui pretendunt dei zelum
post honoris apicem,
legis seruant corticem 5
et colantes culicem
glutiunt camelum.

Quibus sceptrum est suaue,
sibi dici querunt: aue!
alligantes honus graue 10
hominum in humeris;
bene quidem egeris,
si, quod dicunt, feceris,
set, quod agunt, caue.

Mentem tamen decimatis 15
et diuinum ponderatis,
dum minora iudicatis
. . . . ob grauia;
festucam in alia,
non trabem in propria 20
pupilla curatis.

Munda manus debet esse,
que mundandis uult preesse;
istud uobis est necesse:

populum qui regitis,
facite, que dicitis,
si uobis et subditis
queritis prodesse.

CLIII. CORTEX OCCIDIT LITERÆ.

FIDES NON SEQUITUR RATIONEM.


Ortex occidit litere,
set spiritus uiuificat,
set plus quam sat est sapere
turrim Babel edificat,
cor hominis letificat
vini potus uel sicere,
si non cogat excedere,
quod fides patrum predicat.

Fides non habet meritum,
que rationem sequitur;
stulte credit, quod subditum
sit nature, quo conditur,
qua natura concipitur,
naturis est absconditum,
cum ex naturis editum
uix ratio consequitur.


Nature claudi regulis
auctor nature tenuit,
qui se reuelans paruulis
mundi prudentes latuit,
cum serui formam induit,
sic ciuis statum exulis
claris reformans vinculis
morte mortem absorbuit.

In celis homo positus,
sua lapsus superbia,
ne desperet, quod insitus
iugi esset miseria
sua deus clementia,
ne desperet, quod redditus
non sit carnis et spiritus
summis iunxit mortalia.

Ex uiro facta femina
sine mixtura seminis
mundo suggessit crimina
in sui necem sanguinis,
set nostre partus uirginis,
abhorrens viri semina,
mundi tollit peccamina,
dei proles et hominis.

CLIV. O QUOTIENS VOLUI.

LAMENTATIO IESU CHRISTI DE HOMINUM GENTE PRAUA.


Quotiens uolui
blanda sub ala cogere,
quos iam natos regenui!
reperditis aperui
uiam salutis terere;
set crucis fracto federe,
me relicto contemptui,
causas uultis exquirere,
ne sanctorum senatui
uos possitis ad iungere?

Numquid inter uos vilui,
quod crucem meam perdere

gentem prauam sustinui?
nonne scitis, quod potui
mihi solus sufficere 15
et angelis precipere,
ne morerentur fatui?
sed homini crucis caractere
plus gloriari uolui,
quos me scio compellere. 20

CLV. ECLIPSIM PATITUR.

PLANCTUS DE MORTE CUIUSDAM REGIS BRITANNORUM.

EClipsim patitur
splendor milicie,
solis extinguitur
radius hodie,
lux mundi labitur, 5
dum flos Britannie
de uia mittitur
in sedem patrie.
Mors sortis aspere
cunctis equa non nouit parcere. 10


Virtutis fomitem,
fontem irriguum,
iam Xpisti militem
mundo residuum
mors rapit comitem; 15
fit regnum uiduum,
dum uite limitem
linquit ambiguum.
Mors sortis aspere
cunctis equa non nouit parcere. 20

Comes, qui tenuit
mundi dominium,
qui fortes domuit,
piis suffragium,
fatis occubuit; 25
ergo solatium
absit, nam affuit
fatale tedium.
Mors sortis aspere
cunctis, equa non nouit parcere. 30

Morum maturitas
comiti nupserat,
uultus simplicitas
gratiam hauserat,
dandi serenitas 35
sedem elegerat,
in eo largitas
omnibus preerat.
Mors sortis aspere
cunctis equa non nouit parcere. 40

CLVI. REDIT ÆTAS AUREA.

AD AUSPICIA REGNI CUIUSDAM REGIS (BRITANNORUM ?) CONGRATULATIO.


Edit etas aurea,
mundus renouatur,
diues nunc deprimitur,
pauper exaltatur,
omnis suo principi 5
plebs congratulatur,
nec est locus sceleri,
scelus datur funeri,

scandala fuga|tur.
Deus regem contulit
nobis preoptatum,
terra cornu protulit
copie dicatum,
murmur omne populi
10 prorsus est sedatum,
plebs sub pace regia
gaudet, Pax Iustitia
sese osculatur!

CLVII. QUI POTENS ET HUMILIS.

IN EUNDEM REGEM CARMEN.


Vi potens et humilis,
diues et maturus
etate, set docilis
et rerum securus
suarum, preficitur
Anglie, daturus
rapinis interitum,
clero juris aditum,
locum veritati.

Gaudeat Pictauia,
iam rege ditata,
tumescat Normannia
auro coronata,
5 Vasconis et Britones
obtinent optata,
sine dolo Scambria
seruit et Ybernia
nostre potestatj.

CLVIII. CONSEQUENS ANTECEDENTE.

DE LARGITATE REGIS ADMONITIO.


Onsequens, antecedente
destructo, destruitur;
bene namque sequitur,
nemine contradicente,
quod, si dabis, dabitur;
set, si primum tollitur,
non cures de consequente,
quoniam negabitur,
si non approbabitur
5 auro | viam faciente.

CLIX. GAUDE PRÆL IN DOMINO.

DE QUODAM PRÆSULE.


Aude, presul in domino,
multipliciter!
iterum dico: gaudeas,
cum feliciter,
quod | cornu signas gemino,
lingua manuque compleas,
cum prodere procures
tam affectu
quam effectu,
quid baculi,
5 quid anuli
gestamine figures.

CLX. O CRUX, AVE! SPES UNICA.
DE ANNO IUBILÆO.


Crux, aue! spes vnica,
signum mitibus, paradisi cro-
te signat arbor uite, [nica.
ligna abrahamite,
Iacob manus cancellans, 5
thau in liminari,
serpens in palo pari,
Moyses orando bel|lans.

Ecce, crucem domini!
demon cedat numini, 10
fuge pars aduersa,
peruersa, euersa hoc signo!

Gigas fatis geminis
militauit, hominis
collegit dispersa, 15
diuersa conuersa in ligno.

Er|go per signum crucis,
per signum summi ducis,
per ducem summe lucis
libera nos, deus. 20
Sit nobis crux tutamen,
lorica, pax, solamen,
sit scutum siue tamen
annus iubile|us.

CLXI. EX OLIVA REMENSIUM.
DE NOVA FIDE IN CIVITATE REMENSIUM EXORTA.


X oliua Remensium
fons sacri manat olei,
quod oleastro gentium
reddit oliuam fidei.

Fons alias exaruit, 5
set aqua | viua profluit
de fonte caritatis.
Sola Remensis ciuitas
implet, quod decet, caritas
et tempus egestatis. 10

CLXII. SI DEUS EST ANIMUS.
FIDES SINE OPERIBUS MARTUA EST.


I deus est animus,
dii nostri sunt animi:
menti quod imprimimus,
faciamus imprimi
diuinis operibus; 5
sit in actibus,
quod mens concipit,
si quod recipit,
fides precipit;
nam ut lucis munere 10
caret lampas uacua,
sic et sine opere
fides iacet mortua.

Notum fecit dominus
in conspectu gentium: 15
angelus paulominus
coronauit socium
nostre carnis hominem,

qui per uirginem
et pro homine
sine semine
. . . .
nostram carnem induit;
serui formam capiens,
quod erat, non exuit,
quod non erat, uestiens.

Angelus consilii
nobis sit consilio,
incarnati filii
noua incarnatio
renouans nos innouet,
carnis refouet
titillatio
nos initio,
quod conceptio
sit matris, quod filie
partu foueat;
flore pudicitie
caro nostra floreat.

O felix commercium!
descendit ut pluuia
uirginis in gremium,
qui creauit omnia.
20 ex compluto uellere
grato federe
agnus nascitur:
natus patitur,
passus moritur,
25 morte mortem destruens:
die surrexit tertia
et Golias corruit
sua perdens spolia.

Njchil est incertius
30 rebus in ambiguis
hora mortis, certius
nichil mori astruis;
ergo mori cogites,
mortem dubites,
35 ne sit impia,
uita uitia,
Cristi gratia
ne sit uita uacua,
constans sis et azimus;
40 fides non est mortua,
si deus est animus.

CLXIII. QUI SERVARE PUBEREM.

DE FALSO AMICO.


QVi seruare puberem,
uagam claudere
studet, lauat laterem,
litus colere
tunc laborat,
cum explorat
uias vipere;
nouit enim, carcerem,
uincla soluere,
fedus et caracterem |
firmatum frangere,
5 nata semper fallere,
nouo gaudet ueterem
amicum pellere.

Svb columbe specie
uulpes latuit,
in predulci facie
dolum texuit,
linguam melle,
mentem felle (20)
que sic imbuit,
arte quod perfidie
me absorbuit,
nemo me sed . . .
profectum tonuit. (25)
cum spes lucri defuit,
minus soluit gratie,
qui magis debuit.

Cvius uexat meritum
scorti stimulus, (30)
Salomonis exitum
pensat sedulus;
preditatus,
qui predatus
famam, titulum, (35)
quia scorto subditus
ridet proprium,
tamquam sit uas perditum;
hic est funiculus,
qui suspendit spiritum, (40)
hic precedit tumulus
uiuentis obitum.

CLXIV. GRATULETUR POPULUS.

DE MYSTERIO BACULI AARONIS FLORENTIS.

GRatuletur populus
pro salute populi,
quam designat baculus
noster, signans baculi
Aaron misterium, (5)
nec caret misterio,
quod uirga tam arida
et loco tamen arido
florens fructum edidit:
sic uirgo fit grauida, | (10)
set non ventre grauido
virginalis perdidit
floris benefitium
fructus benefitio.

Illesa uirginitas (15)
fuit matris-uirginis,
quam nulla cupiditas
elusit cupidinis,
et, ut a similibus
perpendas similia, (20)
flos prodit ex arbore
sine dampno arboris,
flos fructus efficitur
uirginis ex corpore
sine dampno corporis: (25)
sic uerus flos nascitur,
Xpistus, pro mortalibus
induens mortalia.

Hic flos numquam deficit
fructus indeficiens, (30)
prius qui non reficit
angelos, reficiens
formam flos in uirgine,
clausus claustro uirginis
humano pro genere (35)
nostri causam generis

nos reformans induit,
per quam suo uulnere
cicatricem uulneris
antiqui eripuit; 40
moriens pro homine
culpam tulit hominis.

Xpisti mors et passio,
qua pro nobis patitur,
mortis est destructio, 45
qua noster destruitur
fortis aduersarius.
per hec aduersantia
morte uita redditur
et nos luci reddimur 50
sedentes in tenebris.
umbra mortis tollitur,
a morte dum tollimur
prime culpe funebris,
quam contraxit preuius 55
Adam, Eua preuia.

CLXV. ROMA GAUDENS IUBILA.

IN NATALEM DIEM DOMINI.

ROma gaudens iubila,
mentis procul nubila
splendor expellat hodie,
splendor pacis et glorie
fidelibus, lugentibus, 5
ortus de tuo principe;
Syon ergo filia,
surge de tristicia!
salutis adest dominus,
vt tuo fiat terminus 10
exilio cum gaudio;
iam regem regum | suscipe!

CLXVI. DEBET SE CIRCUMSPICERE.

DE LARGITORIS LIBERA MENTE.

DEbet se circumspicere
dator in dando munere
quicquid, cui det et qualiter,
ut cunctis liberaliter
fiat, set modis uariis, 5
plus istis, minus aliis.
pro meritorum pondere
fit equus inequaliter
in dandis beneficiis
nichil agens prepostere. 10

Qvid iuuat gutta minima
stillans de nube maxima?
si scintillam quis adicit
rogo, quid rogus proficit?
nec obest, cum subtraitur, 15
nec prodest, cum adicitur.
tua potestas plurima
si promissa non proficit,
nichil egisse creditur,
set primum probant ultima. 20

Accepta facit munera
largitoris mens libera
. . . . considerat,
ut gratum minus offerat,
quod secus nequit fieri, 25
nisi mens instet operi,

extra probante dextera,
quod uirtus intus generat
et ne mora sit honeri
sibimet dicit: propera. 30

CLXVII. IN OCCASU SIDERIS.

IN RICARDUM, NOVUM REGEM ANGLIÆ CARMEN.

IN occasu sideris
cadis in merorem,
Anglia, pre ceteris
germinans dolorem,
uiduata principe. 5
rerum uices suscipe,
cui fletus tedium
terminet solatium.
meta sit dolori;
post hanc tibi vesperam 10
facto letiori
dabit diem prosperam
casu repentino
nouus surgens Lucifer
ortu matutino. 15

Nouus heres Hectoris,
primus probitate,
uir maturi pectoris,
iuuenis etate
tibi rex promittitur. 20
iactura remittitur,
spe salubris gratie
gaudeas, militie
florem susceptura,
cuius uerbi ueritas 25
mente proditura,
indefessa largitas
nescit fatigari,
set, cum multa dederit,
pauca putat dari. 30

Comes comis nuntiat
parem tibi flore,
tibi suos sociat
amor cum timore:
Ricardus Pictauie, 35
rex futurus Anglie;
dignus est imperio,
plus honoris regio
conferens honori.
nulla sit de cetero 40
natio timori
fulgur habens hostibus,
Hercules laboris,
qui refrenat reprobos
turbine timoris. 45

CLXVIII. CUM ANIMADVERTEREM.

DE INFIRMITATE MENTIS.

CVm animaduerterem,
uenerando Venerem,
me lauare laterem,
sensi, quod succumberem,
nisi culpam uerterem, 5
cum animaduerterem.

Cvm animaduertero,
que, quanta, quot egero,

nisi me de cetero
nisi declinauero,
recte flere potero,
cum animaduertero.

Cvm animaduertere
te potes in scelere,
uertere, reuertere,
dum potes resurgere,
mentis homo libere,
cum animaduertere. 10

Cvm animaduertitur,
dum in carne uiuitur,
quid a nobis agitur,
nichil si quid igitur
ratione regitur, 15
cum animaduertitur. 20

CLXIX. NOVÆ GENITURÆ.

IN DIEM NATIVITATIS DOMINI.

NOue geniture
cedit uis nature,
contra carnis iura
parit uirgo pura,
nouo quodam iure 5
premitur natura,
nato Xpisto.

Avdi non auditum,
seruat non attritum:
uirgineum florem 10
mater preter morem
irritansque ritum
retinet pudorem,
nato Xpisto.

Ortus ueri dei, 15
quo respirant rei,
miseros eduxit,
gratia reluxit
dies nostre spei,
dies hec illuxit, 20
nato Xpisto.

Totum reseratur,
quicquid tegebatur
clausum sub figura,
recedunt obscura 25
iamque reseratur
litere litura,
nato Xpisto.

Patet, quod descendens
lapis et ascendens 30
signat flos insignis,
extra micat ignis
intra rubum splendens,
non est opus signis,
nato Xpisto. 35

CLXX. NULLI BENEFICIUM.

DE VERA CONFESSIONE PRÆSULIS.

Nvlli benefitium
iuste penitudinis
amputatur,
nulli maius uitium,

quam ingratitudinis 5
imputatur;
ergo, presul, | confitens
esto uere penitens,
quam nihil confessio
lauat, cui contritio 10
denegatur!

Si confessus fueris
ore, fit confessio
ad salutem,
corde si contereris, 15
animi contritio
dat uirtutem,
ut salutem habeas,
ut uirtutem teneas
relictis prioribus 20
tuam orna moribus
iuuentutem.

CLXXI. VIRTUTE, NON SANGUINE.

DE VIRTUTIBUS PRÆSULIS.

VIrtute, non sanguine
decet niti;
sub honorum culmine
corde miti
foueas innoxium, 5
reprime flagitium
superbi et impii,
suppremi iuditii
memor iuste iudica,
predicans non claudica. 10

Tvum sit contempnere
contempnentes
et fouere munere
nil habentes,
releuato debiles 15
et exaltes humiles.
in te sit humilitas,
cui mixta sit grauitas,
ut lene corripias
et serene lenias. | 20

CLXXII. CUI MAGIS COMMITTITUR.

DE INDIGNO PRÆSULE.

CVi magis committitur,
ab eo plus exigitur.
quid domino retribuis
pro tot, que tibi tribuit,
quod lac et lanam eruis 5
gregis, cui constituit
te pastorem?
set caue, ne, cum uenerit,
te districte tunc conterat
ut raptorem; 10
districtus iudex aderit,
nunc sustinens considerat
peccatorem.

Cvm subiectis ne pareas,
exempla mala caueas 15
in subiectos transfundere;
nam quanto gradus altior
cum grauiore pondere
tanto labenti grauior
lapsus datur, 20

ne desperes, si criminis
ui latens precipitium
pes labatur;

nam iuste penitudinis
. . . . . beneficium
amputatur.

CLXXIII. EX CREATA NON CREATUS.

DE DOMINO NOSTRO IESU CHRISTO.

EX creata non creatus
nasci nobis est dignatus,
qui pro nobis | humanatus
nate tulit esse natus
formam indutus hominis,
set saluo iure numinis,
ut sic per partum uirginis
ueteris possit criminis
dilui reatus.

Nouo uolens salutari
desolatos consolari,
carne sumpta seculari,
non aborret incarnari
5 uirginis clausus gremio,
qui Dauid sedet solio,
in quo natura filio
miratur priuilegio
solito priuari.

Ut scripturis explicatur,
uerbum patris incarnatur,
nube carnis palliatur,
quem lex stupet, ius miratur,
obstupescit humanitas.
o mira rei nouitas!
par effecta disparitas;
illesa manens deitas
carni maritatur.

10 Nature ius obmutescit,
uetus ordo decrebrescit,
matris modum mater nescit,
set se matrem expauescit
uirgo facta puerpera,
15 in sua claudens uiscera
quem terra, pontus, ethera,
quem totus, teste litera,
orbis non capescit.

CLXXIV. PANGE MELOS LACRIMOSUM.

DE ASCENSIONE DOMINI.



Ange melos lacrimosum
lacrimans elegia,
tempus uenit planctuosum,
tempus fraudans gaudia;
ad eclipsim uox meroris
obliquat spectacula,
regnet dolor, nam doloris
causa stat in specula.

Rheni sidus in occasus
. . . latum precipitat;
stella cadit, stelle casus
. . . terras limitat,
5 latet uera satialis
plaga timens oculum,
nox est culpa socialis
. . . querit angulum.

Omnis tellus admiretur,
Criste, nubis pallium,
set sub nocte lanietur
Rheni supercilium.
omnis uirtus fundat fletus:
Pallas plorat Nestorem,
uatem plangat uatum cetus
luget et Mars Hectorem.

O quam probans argumentum,
que sit mundi falsitas,
quid sit mundus, per euentum
si logizat ueritas.
ioculatur in iacturis
constans inconstantia,
mors, tremendi princeps iuris,
regnat sine gratia.

CLXXV. REGNUM DEI VIM PATITUR.

IN TEMPORE BELLI.

REgnum dei uim patitur,
nec illuc quis admittitur,
nisi seipsum uicerit,
set quem iudex, cum uenerit,
inuenerit
uictorem, coronabitur.

Inter nos bellum geritur,
quod uix à numquam uincitur,
dum caro uires exerit,
si mens in id, quod suggerit,
consumpserit
statim captiua trahitur.

In spiritus exitium
mundus, caro, demonium
pari conspirant federe
parique certant scelere
perrumpere
uirtutis adiutorium.

Si armatura fortium
superbi frangit gladium
sumpta carnis ex opere
. . . nitis libere
confugere
possit ad alta montium.

CLXXVI. SOL SUB NUBE LATUIT.

IN DIEM NATIVITATIS DOMINI.



SOl sub nube latuit,
set eclipsis nescius,
cum se carni miscuit
summi patris filius.
maritari uoluit
uerbum patris altius,
nubere | non potuit
caro gloriosius.

Gaude, noua nupta,
fides est et ueritas,
quod a carne deitas
non fuit corrupta.

Qvi solus eternus est
et qui regit omnia,
quod non erat, factus est
nec tamen res alia:

illum, qui . . . solus est
stricta ligat fascia,
iacet, qui immensus est,
inter animalia!
Gaude, noua nupta,
fides est et ueritas,
quod a carne deitas
non fuit corrupta.

O domus egregia,
domum inquam domini,
domus nulli peruia,
nisi deo-homini.
o mira materia
partus, data nemini,
nulli quidem propria
nisi matri-uirgini.
Gaude, noua nupta,
fides est et ueritas,
quod a carne deitas
non fuit corrupta. 20

Absque dei numine
nullo sensu capitur,
quod de matre-uirgine
deus-homo nascitur,
qui mentis acumine, 25
qui loco non clauditur,
ens tamen in homine
iacet, sedet, graditur.
Gaude, noua nupta,
fides est et ueritas, 30
quod a carne deitas
non fuit corrupta.

CLXXVII. SI QUIS AMAT, QUOD AMARE.

DE VERA AMICITIA.

SI quis amat, quod amare
bene iuuat, non amare
sapit amor, set amorem
et amicum dat dulcorem,
quem qui potest comparare,
sine fructu carpit florem,
nisi sciat hunc seruare.

In amicis comparandis
ampliatur labor grandis,
cum sit forte quis inuentus,
cito transit quasi ventus,
talis amor nescit moram,
dum amicus est ad horam,
nec blanditur sine blandis.

Fictus amor stare nescit,
parum durat nec senescit; 5
letos casus comitatur,
set, si casus declinatur,
iam amicum diffitetur
et ab eo remouetur
immo prorsus euanescit. 10

CLXXVIII. AVSTRO TERRIS INFLUENTE.

IN DIEM NATIVITATIS DOMINI.

Avstro terris influente,
surgens cedit aquilo:
flatu sacro succedente,
pulso mentis nubilo,

feruet ignis, set fecundans
et humanum cor emundans
a letali frigore.
Inno|uatur terra uetus
nouo more germinans:
parit uirgo, prodit fetus, 10
ecce, luctum terminans,
quo complente ius legale,
coaptantur celo scale,
via patet regia.
Serpens di|rus exturbatur 15
ad uagitum pueri,
per quem pauper liberatur,
potens datur carceri.
ab erroris uia flexus,
patris redit in amplexus 20
minor natu fili|us.

CLXXIX. CONDIMENTUM NOSTRÆ SPEI.

IN DIEM CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

COndimentum nostre spei,
caro, nupta uerbo dei,
sanctum neupma, spirans | ei,
pater, auctor tante rei,
hec celi soluit aditus 5
per Euam clausos primitus;
fit mors mortis diuinitus,
ut noster uiuat spiritus
fruens pace iubilei.
Nondum Lya luctu ca|ret, 10
leuum Iacob femur aret:
o, si Xpiste hoc sanaret,
nullo modo claudicaret.
hic est celorum titulus
atque terrarum oculus, 15
sit angularis calculus,
ut Iudeorum populus
se gentili copularet.

CLXXX. REX ET PATER OMNIUM.

DE IESU CHRISTO, DOMINO NOSTRO.



Ex et pater omnium,
in iacturam | hostium
fabrefactum,
set non fractum,
euaginans gladium, 5
quasi per silentium
incarnatum
ut laruatum
misit ad nos filium.
Qvem non claudit patulus 10
in se mundi circulus,
iussu patris
aluo matris
saltum fecit hinnulus.
suscitatur paruulus, | 15
quod temptarat
nec patrarat
Helisei baculus,
Ut per mortis calicem
uetustatem dupplicem 20

amoueret
et deleret,
unam tulit simplicem
et emisit laticem,
per quem lauit 25
et dampnauit
peccatorum obicem.

CLXXXI. IN ROSA VERNAT LILIUM.

IN DIEM NATIVITATIS DOMINI.

IN rosa uernat lilium,
flos in flore | florescit:
dum nata parit filium,
in tenebris lucescit
lux sine tenebris; 5
in carnis latebris
uera dies diescit.

Ex lima solis emicat
radius elucescens:
mundanis solem indicat 10
luna numquam decrescens:
(hic sol) dum lune iungitur,
(uenter) eclipsim patitur,
sed est plusquam | nitescens.

In hyemali tempore 15
uer uernat ultra morem,
dignum de digno corpore
mater fundit odorem;
o veris premium,
yemis tedium 20
ad uerum fugit florem.

CLXXXII. ORTU REGIS EVANESCIT.

IN DIEM NATIVITATIS DOMINI.


Rtu regis euanescit |
legis nubes inuoluta,
uera dies elucescit
umbra noctis dissoluta:
rosa produxit lilium 5
et honorem conuallium,
castitate non soluta.

Hec est rosa uenustatis,
que producto celi flore
te|net decus castitatis 10
et in patru sanctiore
exultat priuilegio,
nullo delusa uitio
celi profusa rore.

Veris hyemps eternalis 15
elargitur diuicias,
cedit rigor hyemalis
et in floris deliti|as
se resolui gratulatur
gaudet quidem et miratur 20
florem non uisum alias.

CLXXXIII. FRAUDE CÆCA DESOLATO.

IN DIEM NATIVITATIS DOMINI.

FRaude ceca desolato
primo nostri generis,
mortis uirus ex palato
redundauit | posteris,
set, merore desiccato
corruptele ueteris,
hausit penam cum peccato
iubar noui sideris.

Nostre sorti coequatur
lux in teca condita,
dum lucerna fecundatur,
per quam patet semita, |
mulieris reformatur
dragma diu perdita
in qua regis sigillatur
forma celo cognita.

Pingit archam testamenti
sedulo | paraclitus
et largitor ornamenti
rem parat ingenitus,
uernat intus sacramenti
uirga florens celitus,
lux in rubo non marcenti
fit homo diuinitus.

CLXXXIV MAGNIFICAT ANIMA MEA DOMINUM.

IN DIEM CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

MAgnificat
anima mea dominum,
qui iudicat
uerba, cor, renes hominum
ponensque mortis terminum
per Adam propagate.

...xterminat
...tini semen gemitus
...minat
gaudia nobis spiritus,
gratia pluens celitus
uite ros innouate.

Qvi despicit
populi fastus ueteris
et respicit
ancille fletum pauperis,
proles humani generis
iam me beatam dicet.

CLXXXV. OSTENDUNT DEI SEMITAS.

IN DIEM NATIVITATIS DOMINI.

...tendunt dei semitas
...entes ab inicio
...amor et ueritas,
...ditio,
...ur odio,
dulcis eius benignitas,
neque frigescit senio,
set semper sine tedio
feruet paterna caritas
erga deum timentes.

Ieiune mentis macie
contracta terra gentium
panis affertur gratie;
soluens leta ieiunium
respirat mens ad gaudium,
granum celestis patrie
mortis in exterminium
voce largitur prandium,
pulsa cordis esurie,
quod deus implet bonis. |
Iam soluens, quod promiserat
Abrahe sancto semini,
summis ima confederat
descendens uerbum domini
pacem reportans homini
librumque clausum reserat
vnica carne numini,
quod est concessum nemini,
nisi quem uirgo generat,
qui matris est origo. |

CLXXXVI. DEUS, CREATOR OMNIUM.

DE DOMINO NOSTRO.

DEus, creator omnium,
fecit, quecumque uoluit,
et milia letantium
se laudare disposuit
constituens
cursum uerbi multiplicem
et per certos distribuens
gradus naturam simpli|cem.

Iocundior ut fieret
ex diuersis concordia,
factus homo, ne rueret,
ad hec fuit officia,
quem perditum
querens humani corporis
Xpistus assumpsit habitum
licet in fine temporis.

Corpus secuntur aquile
pulli lambentes sanguinem,
triumphat agmen fragile
currens post matrem-uirginem;
nos igitur
regnanti sine termino,
cui omne genu flectitur,
benedicamus domino.

CLXXXVII. HÆC EST DIES TRIUMPHALIS.

IN DIE PASCÆ.


Ec est dies triumphalis,
mundo grata perdito,
dans solamen nostris malis,
hoste iugo subdito,
hec est deo specialis
tanto nitens merito,
quod peccati sit finalis
mali malo irrito.

Dvce fraudis demollito,
terris pax indicitur
et, exhausto aconito,
salus egris redditur,
morte mortis morsu trito,
uite spes infunditur,

claustro pestis inanito,
nefas omne pellitur.
Cvm nos Cristus fecundare
tanto uellet federe
et se morti gratis dare 15
pro reorum scelere, | 20
jure decet hunc laudare
et ei consurgere,
pascha nouum celebrare
corde, uoce, opere.

CLXXXVIII. AUCTOR VITÆ, VIRGINIS.

IN DIE PARASCEVES.

AVctor uite, uirginis
natus, mori uoluit
sub sacci uelamine,
quem pro reis induit.
Cvius uita lectio 5
nobis et instructio,
nos pro uite precio
mundo mori voluit.
Ut surgamus oritur,
ut uiuamus moritur 10
celi pandens aditum;
conpensemus igitur,
ut, quod nobis creditur,
persoluamus debitum.

CLXXXIX. VERI VITIS GERMINE.

IN DIE CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

UEri uitis germine
plantatoris germinat,
verus, | orto lumine,
noctem sol exterminat,
dum, nato de uirgine 5
summi patris numine,
criminis ab homine
iugum rex eliminat.
Ivdea, reuertere
crucis ad signaculum 10
aut iam parens rumpere
recolens oraculum,
nam, quod umbra litere
renuit | detegere,
uirginis sub ubere 15
rex signat ad oculum.
O salubris vnio!
mira nupte nouitas:
matris puerperio
respirat integritas. 20
que sit hec conceptio,
nulla fiat questio;
quod nescit discretio,
redimat fideli|tas.

CXC. GAUDE, VIRGO VIRGINUM.

IN DIE NATIVITATIS DOMINI.

Gaude, uirgo uirginum,
ex qua lumen luminum
ortum terris splenduit
et diluit

nubis mortalis nebulas
et desiccauit maculas
radicesque criminum.

Salue, | salus hominum,
cecis lumen,
mundo ducem,
celo paris dominum.

Tv thalamus splendoris etherei,
tu balsamus saporis nectarei, 5
tu dulcoris, tu pudoris
flosculus uirgine|i,

In Egipto constituti,
te ducente simus tuti,
ut saluti restituti 10
morbo sani pristino
benedicamus domino.

CXCI. BEATÆ VIRGINIS FECUNDAT VISCERA.

IN DIE CONCEPTIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.


Eate uirginis
fecundat uiscera
vis sancti flaminis,
non carnis opera.
carens originis
labe, | puerpera
dei et hominis
dat noua federa.

Ardere cernitur
ardenti radio
rubus nec uritur
ignis incendio:
sic nec corrumpitur,
concepto filio,
uirgo nec leditur
in puerperio.

Miratur ratio 5
deum in homine,
suscepto filio
de matre-uirgine
non fiat questio
de tanto nomine: 10
sit fides ratio,
uirtus pro semine.

CXCII. LENE SPIRAT SPIRITUS.

IN DIE CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.


Ene spirat spiritus
missus et diuinitus
pluit ros in uirgi|nem,

Fecundatur virgo rore,
pretermisso tamen more, 5
nobis parit hominem.

Orta dies celebris,
nobis dat in tenebris
lu|cis plenitudinem.

CXCIII. QUOD PROMISIT AB ÆTERNO.
IN DIEM CONCEPTIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.


Vod promisit ab eterno,
die soluit hodierno,
uerbum mittens de superno
pater in Ydumeam.

Leuis nubes et uitalis, 5
munda caro uirginalis
nobis pluens spiritalis
roris plenitudinem.

Olim fuit argumentum
uerbi signans indumentum, 10
nubes ferens adiumentum
lucis et umbraculi.

CXCIV. DE NATURÆ FRACTO IURE.
DE VIRGINITATE B. MARIÆ, MATRIS DOMINI.

DE nature
fracto iure
ratio miratur:
sicut docet litera,
uirgo fit puerpera 5
uirilis expers seminis.
aluus tumescit uirginis,
re nominis
in uirgine seruatur.

Uerbum patris, 10
lux eterna
luce lucet hodierna,
lucet lux in tenebris,
set latebris
nostre carnis palliat 15
neque minus radiat
deitas uestita.

Qvid peruertis
nec auertis
legis adumbracula, 20
Iudea incredula?
mentem legis
male legis,
medullam corticis
nec elicis; 25
uanis herens, docens uana,
dum de spica, paleas
quas teneas,
colligis non grana.

CXCV. FULGET IN PROPATULO.
IN DIEM NATIVITATIS IESU CHRISTI.



Vlget in propatulo
lux eterne glorie,
ortus est de riuulo
fons misericordie,
uim ducit a surculo 5
radix uenie,
per quem tempus gratie
dantur seculo.

Floret Yesse uirgula
rore plena celico, 10

fugit Eue nebula,
euentu non lo gico
dum Xpisti uirguncula
non in lubrico
spem ponit, set sedula
seruit unico.
Nescius deficere
defectus ingreditur:
angelicum uiuere
famem, sitim patitur: 20
temptatur, set temere;
15 mors incurritur,
set tamen extinguitur
orto side re.

CXCVI. A DESERTO VENIENS.

DE HISTORIA IOB.


Deserto ueniens
grauis uentus irruit,
qui domum Iob conterit,
vt subuersa iaceat
quatuor in angulis:
5 filios Iob opprimit,
uerumptamen unicus
puer pedem retulit,
qvi dampnum Iob nunti at.

CXCVII. RESURGENTE DOMINO.

IN DIEM RESURRECTIONIS DOMINI IESU CHRISTI.


Esurgente domino
ei conresurgamus,
qui reatu pristino
detrusi fueramus
sub inferni latebris;
exurgamus tenebris,
tersa labe criminum,
faciamus dominum
resurgere
cum uoce, tum ope|re. 1
Mors exstinguitur,
ad luctum aggreditur,
5 certamen occiditur,
Xpistus mors exceditur
et uincendo moritur.

CXCVIII. PATER NOSTER COMMISERANS.

CHRISTUS SALVATOR ET IUDEX PECCATORUM.


Ater noster commiserans
filiorum excessibus,
eos falli considerans
in peccati contractibus,
tutorem sibi dirigit,
qui pro pupillis transigit:
uitam morte mercatur,
in pena culpam destruit,
scelus in nece diluit,
uincit, cum iudicatur.
5 Ergo credo in deum,
cuius misericordia

conciliauit reum
in sera penitencia.

Qvicumque uult saluus esse,
attendat subtilius,
quod, velud nescit obesse
uitro solis radius,
sic seruantur primitie
carnis matris et filie, 20
nec stupeat natura
eius enim destruere,
cuius fuit et condere
fragilitatis iura.
Ergo credo in deum, 25
cuius misericordia
conciliauit reum
in sera penitencia.

Raptus raptorem rapuit,
metit in messe stipulam, 30
cum fel, acetum renuit
gustans et tradit regulam,
ne desperet in sceleris,
. . . .
quatriduanus tumulo 35
. . . .
finalis enim operis
clausa seruatur calculo.
Ergo credo in deum,
cuius misericordia 40
conciliauit reum
in sera penitencia.

CXCIX. EGO REUS CONFITEOR.

CONFESSIO PECCATORIS.

EGo reus confiteor
deo semperque uirgini,
matri Marie domini,
sanctisque cunctis fateor:
addictus pene teneor 5
et vereor, quod mereor;
offendi namque plurimum
sepe deum et proximum
in publico;
reum me ualde iudico. 10

Cordis, oris et operis
mei culpa nunc supplico
matri Ihesu cum ceteris
celestis aule ciuibus,
piis imploret precibus 15
a filio,
ne tremendo iudicio
supprema diffinitio
in profundam me deprimat
et opprimat, 20
sed confitentem redimat
et exprimat
supplitio
deuota supplicatio.

CC. REX ÆTERNÆ GLORIÆ.

IN DIEM NATIVITATIS DOMINI.


Rex eterne glorie,
mundo natus hodie,
nos renasci uoluit,
quos Adam constituit

morti tributarios.

Lvcerna accenditur
et domus euerritur,
5 dragma diu perdita
inuenitur et ita
uerbum carnem induit.

CCI. SCRUTATOR ALME CORDIUM.

PRECATIO PECCATORIS AD CHRISTUM.



SCrutator alme cordium,
lumen uerum de lumine,
redemptor et fidelium,
homo factus pro homine,
cum lacrimarum flumine
tuum ¦ peto subsidium,
ne intres in iuditium
cum seruo tuo, domine.

CCII. RELEGATA VETUSTATE.

IN DIE PASCÆ AD IESUM CHRISTUM PRECATIO.

RElegata uetustate
uetus homo renouetur,
ut in sancta nouitate
sanctum pascha celebretur
et in malis deformatus
Xpisto psallat reformatus,
ut eidem conformetur.

Nec te credas renouari,
nisi prius expurgari
mentem uelis a fermento;
quia agnus sum, memento,
pro te passus immola¦ri.

Uere lucis matutino,
5 non legali, set diuino,
agno decet resurgere
corde, ore et opere:
(sic) benedicamus domino.

CCIII. IAM VETUS LITERA.

IN FESTUM CONCEPTIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

IAm vetus litera,
iam legiz | . . . . .
que clausa federa
seruabant gentium,

Patet fidelibus
per dei filium
et lex sequacibus
quid confert tedium?

O mira caritas
et noua gratia,
uerbi diuinitas ¦
fit carnis socia!

5 Uirgo dauitica
naturam decipit,
ad uerba celica
dum verbum concipit.

CCIV. PUER NOBIS EST NATUS.
IN DIEM NATIVITATIS DOMINI.


Ver nobis est | natus,
dum deus humanatus
non carnis, set reatus
honus est dedignatus,
qui genitus 5
diuinitus
et patri coequalis,
dum nascitur,
exceditur
lex partus naturalis; 10
nam incarnari sustinens
de uirgine procedit,
et deitatem retinens
a patre non rece|dit.

Qvos Adam deformauit, 15
nos Xpistus reformauit,
qui celos inclinauit
et tenebras calcauit;
nam pristine
caligine 20
demersos uetustatis
nos extulit
et retulit
ad lucem ueritatis:
nascens mundo consuluit 25
et | plebi periture
et humanam preposuit
angelice nature.

Qvi celo delegatur,
in terris conuersatur: 30
cui celum famulatur,
presepi reclinatur:
hunc sideris |
pre ceteris
lux micans presignauit: 35
hic canticis
angelicis
pastores excitauit;
ipsi laus in celestibus
et gloria cantatur, 40
in terra pax hominibus
de celo nunciatur.

CCV. LEX, ONUS IMPORTABILE.
DE LEGE MOISIS ET DE LEGE IESU CHRISTI.


Ex, honus inportabile,
sub se fuit statutis,
nunc tempus acceptabile,
nunc | sunt dies salutis,
nunc legis inpossibile 5
dat gratia solutis
a iugo seruitutis,
nunc Moyses excluditur
a terra, que diuiditur
Ihesum ducem secutis. 10

Habent in ortu filii
ad uerbum Simeonis
quidam ruinam, alii
spem resurrectionis,
fit lapis adiutorii 15
lapis of fensionis
set diuersis personis:
hic est lapis in titulum

erectus ad miraculum
antique uisionis.

Hic lapis de lapidibus
Abrahe suscitauit
filios, quos, prioribus
eiectis, adoptauit,

priorum panem canibus
sub mensa ministrauit,
quod Iacob figurauit,
cum fratrem primogenitum,
ius emens illi debitum,
typice supplantavit.

CCVI. HAC IN DIE GEDEONIS.

IN DIEM GIDEONIS.

Ac in die Gedeonis
ros mundi nouit aditus,
Per quem princeps Babilonis
fit Babiloni subditus.

Uerbum-caro, deus-homo
creans fit creatum,
quod in uirginali domo
fuit humanatum.

Germinauit, ut humanum
esse deus terminaret,
pernecesse spes cum suis
suuz esse uoluit.

CCVII. LUX ILLUXIT GRATIOSA.

IESUS FILIUS DAVIDIS.



Vx illuxit gratiosa
nouum ferens gaudium,
in hac die gloriosa
luminare gentium
super nos enituit,

In qua forma speciosus
pre filiis hominum
fructus Dauid generosus,
legi ponens terminum,
circumcidi uoluit.

Ivrauit Dauid dominus
et eum non penituit,
nam super Dauid solium
Dauid de fructu posuit.

CCVIII. QUI DE SABA VENIUNT.

DE TRIBUS REGIBUS.



Vi de Saba ueniunt,
thus et aurum deferant,
et regi, cui seruiunt,
suum munus offerant:
thure dei deitatem,
auro regis potestatem
predicet ecclesia.

De thesauro pectoris
exit hec oblatio,
nisi motu corporis
mens declinet alio;
non sit pectus deauratum,
nichil deo semigratum,
set totum sit aureum.

CCIX. O QUI FONTEM GRATIÆ.

IESUS RECTOR MUNDI.

O Qui fontem gratie
captiuus regeneras,
celos endelichie
federe confederas,
ordinata serie 5
mundi motus temperas,
yles intemperie
effrenata cohibez
et dissolui prohibez,
ut leges, quas ad hibes, 10
elementa teneant
et concordi coeant
dispositione.

O summa potentia,
inter dissidentia 15
firma firmans federa,
ut supera,
sic infera
refrenas illicita,
digna pensans merita 20
retributione.

Legem federis
inponis superis,
conseruas supera:
celum numeris 25
moues | innumeris
et celi sidera.
tu celum circulis,
tu motus regulis
stringis erraticos, 30
tu nexus musicos
innectis dissonis,
ex quibus consonis
tonis mellisonis
reddis armonias, 35
qui propriis signas
gerarchias.

Ergo, qui tam dissona
cogis consonare,
que diuine consona 40
legi | moderare,
melos quod diuinitus
tuus spirat spiritus,
nobis missus celitus,
plenius inspiret, 45
enormes reiciat,
concordes efficiat,
quos expiat,
sic puniat,
ut uices, quas uariat, 50
alternis sic uniat,
ne lira deliret.

CCX. DEDUC SYON UBERRIMAS.

DE PASTORIBUS INFIDELIBUS.


Educ Syon uberrimas
uelut torrentem lacrimas,
nam qui pro tuis patribus
nati sunt tibi filii,
quorum dedisti manibus 5
tui sceptrum imperii,

fures et furum socii,
turbato rerum ordine,
abutuntur regimine
pastoralis officii.

Ad corpus infirmitas
capitis descendit
singulosque grauitas
artus apprehendit,
refrigescit caritas
nec iam se extendit
ad honorem proximi;
nam uidemus opprimi
pupillum a potente
nec est, qui saluum faciat
uel qui iustum eripiat
ab impio premente.

Uide, deus ultionum,
uide, uidens omnia,
10 quod spelunca uespilonum
facta est ecclesia,
quod in templum Salomonis
uenit prin|ceps Babilonis
et excelsum sibi thronum
15 posuit in medio:
set erecto gladio,
scelus hoc ulciscere,
ueni, iudex gentium,
cathedras uendentium,
20 columbas euertere.

CCXI. FLOS DE SPINA PROCREATUR.

IN DIEM NATALEM IESU CHRISTI.


Los de spina procreatur
et flos flore fecundatur,
misso rore celitus.
Rorant celi,
nubes pluunt,
stillant montes,
colles fluunt,
nuda patet ueritas.

Qvod celarat umbra legis,
in natali summi regis
totum patet homi ni.

Helyseus incuruatur,
uerbum patris incarnatur,
5 uerbum, per quod filia
Babilonis uisitatur,
per quod salus predicatur
illis de Samaria. |

CCXII. LEGEM DEDIT OLIM DEUS.

IN DIEM NATALEM IESU CHRISTI.


Egem dedit olim deus,
ut peccatum temperaret:
seruum misit Helyseus,
ut defunctum suscitaret.

Incuruatur Helyseus
et defunctus suscitatur:
incarnatur homo-deus,
ut peccatum termina|tur.

Inmutantur, nato rege,
lex et legis opera
et intrante noua lege
excluduntur uetera;
Est pro lege literali
spiritalis gratia 10
et pro morte temporali
eternalis gloria. 15

CCXIII. NOVUM SIBI TEXUIT.
IN DIE RESURRECTIONIS DOMINI.


Ouum sibi texuit
dominus lumbare,
dolens, quod computruit,
in hoc conpensare.

Sterilis letare, 5
nam tot Xpisto paries,
ut Iudeum supplantare
tuus possit paries.

Prius tactu fimbrie
menstrua cura|tur, 10
Yairi quam filie
sanitas reddatur,
per acum intratur
camelus gentilium
nec Helyas aspernatur 15
uidue tugurrium.

CCXIV. ESAU REPUDIAT.
IACOB ET CHRISTUS.


Esau repudiat,
Iacob Xpistus
gratis uocat,
utt iniciat
fidem trinitatis, 5
cuius | dignitatis
signum dedit gentibus,
Iacob natis
cancellatis
benedicens manibus. 10

CCXV. SEMINAVIT GRÆCIA.
DE MOTIBUS ASTRORUM.


Eminauit Grecia,
quod mentis in horrea
iam reponit Gallia,
granum sine palea,
quod senio non interit, 5
quod | mundi mola non terit,
quod nunc usque dapibus
fideles celestibus
saginat.

Per defectum solaris luminis 10
illustratur lumine luminis
herens Dionisius
in eclipsim dubius
neque causas
diu clausas 15
aperire sufficit.

Natura secum disputans,
motus astrorum computans
non inuenit, quod queritur.

Sic ratio,
scrutinio
deficiens, conpellitur,
ut //// se supra se querat,
dum, quod querit, attingere
non temere desperat.

CCXVI. VIRGA IESSE REGIO.
DE VIRGA IESSE.




Irga Yesse regio
flore decoratur,
dum Maria filio
dei fecundatur.

Flos ad tempus aruit,
are factus floruit
et fructificauit:
Xpistus mori uoluit
moriensque genuit,
quos predestinauit.

Ex hac ergo paritura
uinea processit,
que Egipti tempnens iura
terminos excessit,
a qua prelum Babilonis
intra siculam ful|lonis
sanguinem expressit.

CCXVII. GENITUS DIVINITUS.
IN DIE NATIVITATIS DOMINI.




Enitus diuinitus
idem, quod ingenitus
editus, humanitus
hac in ualle genitus:
mira prolis unitas,
gemina natiuitas.

Hec, a desiderio
defraudata, sobrio
recreatur basio,
uili tecta pal lio
cum sacra conuinctio,
quam sine diuortio
casta generatio
prodit in conubio.

Ad epithalamium
excitat tripudium
Salomonis, studium
mitigare gentium
Dauid fert in medium
liram et psalterium,
premiaque talia,
tot et tam propitia
Gracia propria
danti laus et gloria.

CCXVIII. SOLE BREVEM IANI LUCEM.

IN DIE NATIVITATIS DOMINI.



SOle breuem iani lucem
incoante, renouante,
reuoluto circulo,
Xpisto nouas attolamus
laudes, grates referamus
canticis et modu|lo;

Cvius sunt solempnia,
cuius sunt preconia,
cuius hec magnalia.

Ista dies celebrari
promeretur et amari
festa super omnia:
totus mundus elaboret,
ut extollet et honoret
Xpisti natalitia.

Pver natus de uirgine,
uirtute sancti flaminis,
sacri fontis aspergine
purgauit culpam hominis.

Memoremus
et amemus
magnalia
pii dei,
summa spei
constantia.

Sit introrsum
cor seuerum,
cor sincerum,
cor sine conta|gio.

Sermo dei conformetur
nec a corde sequestretur
oris attestatio,

Voce purgari pectoris
de sorde fedi corporis.

Regni carentis termino
benedicamus domino.

CCXIX. SINE MATRE GENITUS DE PATRE.

DE IMMACULATA B. MARIA VIRGINE.



SIne matre genitus de patre,
sine patre nascitur de matre,
legem suam nescit hic natura
. . . .
parit mirum uirgo uirum
uiri tamen nescia
et parentem patientem
non premit angustia.

Ros diuinus vellus irrigauit,
sicca Yesse uirga pullulauit;
tuum natum dum Maria gignis,
iubar uitro, rubo parcit ignis.
clausa porta lux est orta,
que cecos illuminat,
manu fortis iura mortis,
carne sumpta, termi nat.

CCXX. SONET VOX ECCLESIÆ.
IN DIE NATIVITATIS DOMINI.


Onet uox ecclesie,
sonet in honorem
largitoris glorie,
nati preter morem:
bos cognouit hodie
suum possessorem,
uisum in presepio.

Inest gregi ratio,
cognito pastore:
manet incor|ruptio,
nato saluatore,
fugit desperatio,
uiso redemptore,
sub gregis custodia.

Psallat ergo sedulo
suo grex pastori,
litiget pro baculo
pars utraque chori.
ve, si in ergastulo
permittatur mori
hostis auaritie. |

CCXXI. SURSUM CORDA ELEVATE.
IN DIE NATIVITATIS DOMINI.


Vrsum corda
eleuate,
dulci corda
resonate:
habemus dominum;
non discordet
uox a corde,
set concordet
lira corde
et uitis pampino.
argumentum
sine instantia,
documentum
sine fallatia,
cantu prosa,
instrumentis
dignis melodia, |
lete mentis
exponit gaudia
uocis glosa.

Sanctus, sanctus,
sanctus! cantus
est sanctorum
angelorum,
teste Ysaya.
patet, quantus
est rex tantus,
cui tantorum
beatorum
seruit armonia;
celi symphonia
nos hortatur,
ut canamus, |
et letatur,
dum cantamus,
angelorum chelis,

modulatur,
dum clamamus
. . . .
osanna in celis! 40

Ergo agnus
ueri dei,
magnes magnus,
dator spei,
qui tollis peccata: 45
qui peccata
mundi tollis,
lege lata,
penas mollis
et emendas fata: 50
miserere
miserator,
uerus uere
legis lator,
leua pacis facem: 55
miserator,
miserere,
legis lator
uerus uere,
dona nobis pacem. 60

CCXXII. AGE PÆNITENTIAM.

ADMONITIO AD PÆNITENTIAM AGENDUM.


Ge penitentiam,
memor, vnde cecideris,
qui dei | uiam deseris,
uenies ad ueniam.

Si primum opus feceris 5
et penitens dolueris,
innocentis gloriam
quia miser amiseris
quodque non manum miseris
ad aratrum, 10
ad baratrum
respexeris.


CCXXIII. A DESERTO VENIENS.

DE HISTORIA IOB.


Deserto ueniens
grauis uentus irruit,
qui domum Iob concutit,
ut subuersa iaceat
quatuor in angulis: 5
filios Iob opprimit,
verumptamen unicus
puer pedem retulit
qui dampnum Iob nuntiat.

Per desertum gradiens, 10
quem deuoret, circuit
Sathan, qui nos incutit,
ut mens lapsa pereat
uicta suis emulis,
dum uirtutes adimit 15
animi et mendicus
motus mentem consulit,
ut hunc casum fugiat.

CCXXIV. HAC IN DIE REGE NATO.
IN DIE NATIVITATIS DOMINI.



HAc in die rege nato,
fraude ceca desolato,
lux illuxit homini
Abrahe et semini,

Qvod promisit uox diuina,
procreatur flos de spina.

Rore celi compluente,
austro terris influente,
hec est dies luminis,
qua beate uirginis
ediderunt uiscera,
quem iam uetus littera
presignarat dominum.

Gaude, uirgo uirginum,
quam fecundat sacer flatus,
vnde puer nobis natus:
in rosa uernat lilium
5 nec rose nodum reserat
deus creator omnium.

Persoluens, quod promiserat,
in nascendo rex excedit,
quam nature legem dedit,
10 fulget in propatulo
de nature miraculo
nec iam astringi singulis
naturas deus regulis.

CCXXV. AGNUS DEI, DEUS DEORUM.
CHRISTUS SALVATOR MUNDI.



AGnus dei,
Deus deorum
creator omnium,
rex angelorum,
Miserere,
Mortis exactor,

uite reparator,
mundi saluator,
Inferni uastator,
paradisi reserator,
5 perhennis Saluator.

CCXXVI. FRAGMENTUM CARMINIS.
CHRISTUS IUDEX MUNDI.

. . . .
. . . .
decisis panniculis
nostris offert oculis

Ihesus inconsutilis
tunice cissuram,
suam iudex humilis
sustinet pressuram.

O quando discutiet
speluncam latronum,
5 quam tremendus ueniet
deus ultionum!

CCXXVII. VÆ MUNDO A SCANDALIS.
DE INFIDELIBUS SACERDOTIBUS.


E mundo a scandalis,
ve uobis, ut acephalis,
quorum libertas teritur!
Rome dormitat oculus,
cum sacerdos ut populus 5
iugo seruili premitur.

Ve quorum uotis alitur
et pinguescit exactio,
a quibus nulli parcitur,
ut suo parcat proprio! 10
set in eos reuertitur
sua tandem proditio
et fraus in se colliditur
iusto dei iudicio.

Ha, quo se uertet uinea? 15
qua recondet in fouea
fructus suos colonus,
cum pari mente sitiant,
ut labores diripiant
hinc pater, hinc patronus? 20

CCXXVIII. IN RAMA SONAT GEMITUS.
DE THOMA BECKET ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI EXULE.


N Rama sonat gemitus
plorante Rachel Anglie,
Herodis namque genitus
dat ipsam ignominie.
en, eius primogenitus 5
et Ioseph Cantuarie
exul, ac si sit venditus,
Egiptum colit Gallie!
Sanctus pi
Xpiste yerarchia. 10

Sabaoth deus yn perusya.

Sanctus.

Uirtus vita via patris
perfecta sophia.

Cvi resonante melo 15
cherubin dant cantica
celo.

CCXXIX. VIRGO DEI, MATER PIA.
IN DIE NATIVITATIS DOMINI.


Irgo dei,
mater pia,
stella maris Maria,
Yesse filia
preclara specie 5
uirgo uirginum,
in Iudea floruit.
decus mulierum,
excelsum deum,
celi, terre dominum 10
et hominem
uerum et passibilem
genuit in terra,
quem et sinagoga

respuit, dilectis
pacem, quam promiserat,
deus diligentibus
se gratis reddidit,
in se reconcilians
nostri causa
et saluificans
yma cum supernis
et superiora cum ymis.
Alleluya.

CCXXX. VIRGA IESSE FLORUIT.

IN DIE NATIVITATIS DOMINI.


Irga Yesse
floruit,
uirgo deum
et hominem
genuit,
pacem deus
reddidit
in se reconcilians
yma summis,
Alleluya!

Salue, uirgo, dei mater,
templum sancti spiritus,
que sola uocari digna
meruisti, tu regina
celorum et domina,
Alleluya!

Virga florem
germinauit,
qui marcorem
nesciens,
mundi pressuram
futuram
presciens,
matrem piam
Mariam
priuilegiauit.

O mater dei,
qua rei
respirant,
expirant
flagitia,
conspirant
et mitia,
superum preminens
ordinibus
et creaturis omnibus,
transfer nos ad nullum
habentem terminum
ante dominum,
Alleluya!

CCXXXI. MITTIT AD VIRGINEM.

IN DIEM ANNUNTIATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.


Ittit ad uirginem
non quemuis angelum,
set fortitudinem,
suum archangelum,
amator hominis.
Fortem expediat
pro nobis nuntium,
nature faciat

ut preiuditium
in partu uirginis. 10
Naturam superet
natus, rex glorie
regnet et imperet
et zima scorie
tollat de medio. 15
Superbientium
terat fastigia,
colla sublimium
calcans ui propria,
potens in prelio. 20
Exi, qui mitteris
hec dona dicere,
reuela ueteris
uelamen littere
uirtute nuncii. 25
Foras eiciat
mundanum principem
matremque faciat
secum participem
patris imperii. 30
Accede, nuntia,
dic Aue! cominus,
dic Plena gratia,
dic Tecum | dominus
et dic Ne timeas, 35
Virgo, suscipias
dei depositum,
in quo perficias
casta pro|positum
et uotum teneas. 40
Audit et suscipit
puella nuntium,
credit et concipit
et parit filium,
set admirabilem, 45
Consiliarium
humani generis
et deum fortium
et pacem posteris,
in pace stabilem. 50
Qvi nobis tribuat
peccati ueniam,
reatus diluat
et donet patriam
in arce syderum, 55
Reis inperciens
nu . . . . . .
seruosque faciens
per matris gratiam
consortes superum. Amen. 60

CCXXXII. PARANYMPHUS SALUTAT VIRGINEM.
IN DIEM ANNUNTIATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

PAranimphus
salutat uirginem,
noui partus
assignans ordinem:
En, inquit, concipies 5
paruulumque paries
nec | pudoris senties
lesionem.
Iam preuenta gratia,
set de modo dubia 10

que rit rei nescia
rationem.

O Maria, ne formides,
prebe fidem, quia fides
potens est in opere;
O Maria, sis secura,
nutu dei paritura
sine uiri federe.

Verbum carni iungitur
uirginis in utero
nec natura tollitur
unius ab altero.
O felix nouitas!
o mira dignatio!
contracta deitas
iacet in presepio.

O puer sapiens,
o uerbum uagiens,
o maiestas humilis,
Nos iuua, nos rege,
15 nos uerbo protege,
nobis carne similis!

O Maria, mater dei,
spe respirant in te rei,
tu post deum nostre spei
20 fidutia.
Ihesu pie, Ihesu fortis,
Ihesu, nostre dux coortis,
fac nos esse tue sortis
in gloria!

25 Ave, matris gratia. Amen.

CCXXXIII. AVE, MARIA, GRATIA PLENA, DOMINUS T

DE SALUTATIONE ANGELICA.


Ue, Maria,
gratia plena,
Dominus tecum,
uirgo serena;

Benedicta tu
in mulieribus

Et benedictus
fructus uentris tui,

Que peperisti
pacem hominibus
et angelis gloriam,

Qui coheredes,
ut essemus sui,
nos fecit per gratiam.

Per hoc autem aue,
mundo tam suaue,
contra carnis iura

Genuisti prolem,
5 nouum stella solem
noua genitura.

Tu parui et magni
leonis et agni,
saluatoris Xpisti
10 templum extitisti,
set uirgo intacta.

Tv floris et roris,
panis et pastoris,
uirginum regina,

rosa sine spina,
genitrix es facta.
Tv ciuitas regis iusticie,
Tv mater es misericordie,
De lacu fecis et miserie
Theophilum reformans gratie.
Ergo maris stella,
uerbi dei cella
et solis aurora,
Paradisi porta,
per quam lux est orta,
natum tuum ora,
Ut nos soluat a peccatis
et in regno claritatis,
quo lux lucet sedula,
collocet per secula. Amen.

CCXXXIV. HODIERNÆ LUX DIEI.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

HOdierne lux diei
celebris in matris dei
agitur memoria;
Decantemus in hac die
semper uirginis Marie
laudes et preconia.
Omnis homo omni hora
ipsam ora et implora
eius patrocinia.
Psalle, psalle nisu toto
cordis, oris, uoce, uoto:
aue, plena gratia!
Ave, domina celorum,
inexperta uiri thorum,
parens paris nescia;
Fecundata sine uiro,
genuisti modo miro
genitorem filia.
Florens ortus austro flante,
porta clausa post et ante,
uia uiris invia |
Fvsa celi rore tellus,
fusum Gedeonis uellus
deitatis pluuia. |
Salue, splendor firmamenti,
tu caliginose menti
desuper irradia,
Placa mare, maris stella,
ne inuoluat nos procella
et tempestas obuia. Amen.

CCXXXV. AVE, MUNDI SPES, MARIA.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

AVe, mundi spes, Maria,
aue mitis, aue pia,
aue, plena gratia!
Ave, uirgo singularis,
aue, digna stella maris,
replens orbem gloria!
Aue, rosa speciosa,
aue, Yesse uirgula,

Cuius fructus nostri luctus
relaxauit uincula.

Ave, cuius uiscera
contra carnis federa
ediderunt filium.
Ave, carens simili,
mundo diu flebili
reparasti gaudium.

Ave, uirginum lucerna,
per quam fulsit lux superna
his, quos | umbra tenuit.
Ave uirgo, de qua nasci
et de cuius lacte pasci
rex | celorum uoluit.

Ave, gemma celi luminarium,
Ave, sancti spiritus sacrarium.

O quam laudabilis
et quam mirabilis
hec est uirginitas,
In qua per spiritum
facta paraclitum
fulsit fecunditas!

10 O quam digna,
quam serena,
quam benigna,
quam amena
ex qua Xpistus nascitur,
15 A qua serui-
tus finitur,
porta celi
aperitur
et libertas redditur.

20 O castitatis lilium,
tuum precare filium,
qui salus est humilium,
Ne nos pro nostro uitio
in flebili iuditio
subiciat supplitio,

25 Set nos tua sancta prece
mundans a peccati fece,
Collocet in lucis domo:
amen! dicat omnis homo. |

CCXXXVI. VIRGINI MARIÆ LAUDES INTONENT CHRISTIA

DE BEATA MARIA VIRGINE.

1 VIrgini Marie laudes intonent
xpistiani
Eua tristis abstulit,
set Maria contulit
natum, qui redemit peccatores.

2 Ius que uirtus modulo
conuenere mirando:
Marie filius regnat deus.

3 Dic nobis, Maria,
uirgo clemens et pia:
Quomodo facta es genitrix,
cum tu sis plasma dei nascentis?

4 Angelus est testis
ad me missus celestis;
Natus est de me spes mea,
set incredula manet Iudea.
Credendum est magis soli Marie
veraci,

quam Iudeorum praue cohorti.
Scimus Xpistum processisse de Ma- 9
ria uere;
tu nobis nate rex miserere.

CCXXXVII. LAUDES CHRISTO DECANTEMUS.

IN MEMORIAM B. MARIE VIRGINIS.


Audes Xpisto decantemus,
matris eius qui gaudemus
speciali gloria.
Dulce melos pulset celos,
nam benignam dulci dignam 5
credimus melodia.
Voci uita conformetur,
ut sincere celebretur
Marie memoria.

CCXXXVIII. SALVATORIS MATREM LAUDENT.

DE BEATA MARIA VIRGINE.


Aluatoris matrem laudent,
qui per eam sibi gaudent
uite dari munera;

Dicant omnes (et dicant) singuli:
aue, salus (tocius) populi, 5
uirgo et puerpera.


Hec est scala peccatorum,
per quam Xpistus, rex celorum,
descendit ad infima.

Ista suos fortiores | 10
semper facit et uictores,
egros sanat et languores,
reprimit demonia.

Virgo, signum speciale,
mundi uera salus, uale, 15
inter signa nullum tale
fronde flore germine.

Assistentes matris laudi,
Ihesu pie, nos exaudi

CCXXXIX. O QUAM FELIX ET PRÆCLARA.



DE BEATA MARIA VIRGINE.


Quam felix et preclara
mater, uirgo deo cara,
sacro plena flamine,

Agno sine macula
lactis dedit pocula 5
sub carnis uelamine.

Forma cuius singularis,
per quam roris salutaris
dona dantur intima.

Dat captiuis libertatem, | 10
uite confert nouitatem,
ad antiquam dignitatem
hec reduxit omnia.

Medicina xpistiana,
salua sanos, egros sana; 15
quod non ualet uis humana,
sit in tuo nomine,

Vt, quos matri uis seruire,
fac amara non sentire,

atque seruos tue matris
post hanc uitam dei patris
transfer ad palatia. Amen.

set, cum dies erit ire,
nobis confer et largire
sempiterna gaudia.

CCXL. MISSUS GABRIEL DE CÆLIS.

IN DIE ANNUNTIATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

MIssus Gabriel de celis,
uerbi baiulus fidelis,
sacris disserit loquelis
cum beata uirgine;
Verbum bonum et suaue
pandit intus in conclaue
et ex Eua formans aue,
Eue uerso nomine.

Consequenter iuxta pactum
adest uerbum caro factum,
semper tamen est intactum
puellare gremium.
Parem pariens ignorat
et, quam homo non deflorat,
non torquetur nec laborat,
quando parit filium.

Signum audis nouitatis,
crede solum et est satis,
non est tue facultatis
soluere corrigiam.

Signum grande et insigne
est in rubo et in igne
nec appropiet indigne
calciatus quispiam.

Virga sicca sine rore,
nouo ritu, nouo more
fructum protulit cum flore:
sic et uirgo peperit.
Benedictus talis fructus,
fructus gaudii, non | luctus;
non erit Adam seductus,
si de hoc gustauerit.

Ihesus noster, Ihesus bonus,
pie matris pium onus,
cuius est in celo thronus,
nascitur in stabulo:
Qvi sic est pro nobis natus,
nostros deleat reatus,
quia noster incolatus
hic est cum periculo. Amen.

CCXLI. VIRGO MITIS, VERÆ VITIS RADIX, MATER MA

DE BEATA MARIA VIRGINE.



Irgo mitis,
uere uitis
radix, mater Maria,
In quam uenit
rex, qui lenit
mala mundi uaria.

Gabrielis
uox fidelis
istum docet ordinem:
Rex inmensus

fit dimensus
per te matrem uirginem.
O puella,
dei cella,
templum sancti spiritus, 15
Per quam mundus
fit iocundus
nouitati redditus.
In hoc salo
nos a malo, 20
uirgo-mater, libera
Applaudentes
et psallentes
tibi supra sidera. Amen.

CCXLII. REGINARUM DOMINAM LAUDEMUS GLORIOSAM.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

REginarum dominam laudemus gloriosam, 1
Quam matrem dei uisu omnes adorant. 2

Inmensam gratiam ¦ milia gaudent miranturque potentiam; 3
Nam deum meruit ¦ concipere uenturum gentes ad saluandas.

Diuinitas in Maria disposuit, || ut assumeret serui formam: 4
Rex regum, deus omnium et creator, || homo factus est ex Maria.

Mvndum illustrat, celum ornat, exiens ex Iacob, rutilans maris stella, 5
Leuiathan serpentem toruum pede premit uirgo maxima potentia.

Nato magi Marie deferunt ¦ munera, aurum simul thus et mirram, 6
Paruulumque predicant thure deum, ¦ auro regem mortalemque mirra.

Te laudantes, uirgo, protege ab hostibus et ad celestia perduc regna, 7
Et tui famuli, Maria, gratulentur, nequam euasisse hostis iura. Amen.

CCXLIII. AVE, CÆLI IMPERATRIX.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

AUe, celi imperatrix,
aput deum mediatrix
et adiutrix gentium,
Pone, auge et pretende
opem tuam et defende 5
clemens hoc collegium.
In hoc salo fluctuamus,
fluctuantes te rogamus:
subueni piissima,
Tv, preclara stella maris, 10
ad hoc clemens ordinaris,
ut feras presidia.
Nichil, natum quod precaris,
pietate singularis
ipse tibi abnuit: 15
Tva proles tua prece

peccatorum dira fece
te amantes exuit.

Qvi uacamus tue laudi,
pia mater, nos exaudi 10

et exutos uitio,
Amatores nati tui
fac beata luce frui
in celi palatio. Amen.

CCXLIV. HAC CLARA DIE TURMA FESTIVA DAT PRÆC

DE BEATA MARIA VIRGINE.


Ac clara die turma festiua 1
dat preconia
Mariam concrepando simphonia nectarea,

Mundi domina, que es sola castissima, 2
Salutis causa, uite porta atque celi referta gratia;

Nam ad illam sic nuntia olim facta 3
angelica:
Ave, Maria, gratia dei plena per secula,

Mulierum pia agmina intra semper 4
benedicta,

Virgo et grauida mater intacta
le gloriosa.

Cui contra Maria hec reddit fa

Viri noui nullam certe copula

Diuina is ita reddit affata,

Ex quo atque nata sum incor

Flatu sacro plena fies, Maria,

Noua efferens gaudia celo,
nati per exordia:

Intra tui uteri claustra porta
gubernat eterna,

Omnia qui et tempora pacifi

CCXLV. VIRGO PARENS GAUDEAT.

DE BEATA MARIA VIRGINE.


Irgo parens gaudeat,
uirgo semper pura,
parens sine corporis
et mentis lesura.
Inaudita nouitas,
noua genitura,
que nescit fragilia
geniture iura.

Virga, tipus uirginis,
sine stirpe florem,
uirgo sine semine
parit saluatorem.
Rubes in incendio 5
non sentit calorem,
mater puerperio
non perdit pudorem.

Nulli uiro domini
porta reseratur;

in eternum clauditur
ortus, fons signatur. 20
Radix Iesse germinat,
flore fecundatur,
septem qui spirituum
munere ditatur.

Oritur in uespere 25
stella matutina, |
lumen sit in tenebris,
salus in ruina.
Egris animantibus
stillat medicina, | 30
uisitauit dominus
mala medicina.

Pater misit nuntium,
nuncius auditur:
uirgo credit, deitas 35
carni counitur.
Inpregnatur genitrix,
genitor nescitur:
sine matre filii
pater inuenitur. 40

Triplex est substantia
gemina natura,
personalis unitas
mira coniunctura.
Distant in huiusmodi 45
factor et factura,
que cadit sub numero,
pondere, mensura.

Virgo, nobis impetra
ueniam, Maria, 50
interpella filium,
mediatrix pia,
Ne, dum dei curritur
mandatorum via,
intercurrat gressibus 55
nostris fantasia. Amen.

CCXLVI. VERBUM BONUM ET SUAVE.
DE BEATA MARIA VIRGINE.


Erbum bonum et suaue,
personemus illud aue,
per quod | Xpisti fit conclaue
uirgo, mater, filia:
Per quod aue salutata, 5
mox concepit fecundata
uirgo, | Dauid stirpe nata,
inter spinas lilia.

Aue, ueri Salomonis
mater, uellus Gedeonis, 10
cuius magi tribus donis
laudant puerperium.
Ave, solem genuisti!
aue, prolem protulisti!
mundo lapso contulisti 15
uitam et imperium.

Aue, mater uerbi summi,
maris portus, signum dumi,
aromatum uirga fumi,
angelorum domina. 20
Supplicamus, nos emenda,
emendatos nos conmenda
tuo nato, ad habenda
sempiterna gaudia. Amen.

CCXLVII. AVE MARIA, GRATIA PLENA, VIRIS INVIA.
DE BEATA MARIA VIRGINE.


Ue, Maria,
gratia
plena, uiris inuia
uia regia,
thalamus pudoris,
templum creatoris,
mater saluatoris
atque filia.
parens paris nescia,
dans gaudia
grandia,
terminans doloris
nostri tedia,
pium genitoris
tollis uicia.

O solatium
omnium,
reis da remedium,
mundo gaudium,
confer salutare
mundi luminare,
seruans singulare
priuilegium,
dum post puerperium
egregium
gremium
manens puellare
nescis uitium,
mater absque patre
paris filium.

O puerpera,
federa
ferens orbi prospera,
cuius ubera
Xpistum lactauerunt,
per te claruerunt,
5 per te paruerunt
legis uetera:
celsa supra sidera,
mortifera
secula
10 tua purgauerunt
sacra uiscera,
quod magi nouerunt
dantes munera.

Stella marina,
15 lumina
cordium illumina;
felix femina,
tuum ora natum,
ne nos Ade factum
20 trahat ad peccatum.
celi regina,
uite confer semina,
discrimina
termina,
25 nostrum purga statum,
terge crimina,
mundes et reatum,
mundi domina.

Cristo laudibus
30 iugibus
insistens cum cantibus
tuis precibus

petit adiuuari, 65
ne mundano mari
possit naufragari,
set mortalibus
purgatis criminibus
et leuibus 70
omnibus
possit aggregari
celi ciuibus
atque gloriari
in celestibus. Amen. 75

CCXLVIII. RECORDARE, VIRGO MATER, IN CONSPECTU DEI.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

REcordare, uirgo mater, in conspectu dei, ut loquaris pro nobis bonum et ut auertas indignationem suam.

Ob hac familia
tu propitia 5
pater eximia
pelle vitia.

Per remedia
reis inuia
Dans in patria 10
uite gaudia.

Pro quibus dulcia
tu preconia
Laudes cum gratia
suscipe, pia 15
Virgo Maria,
a nobis, alleluya!

CCXLIX. A SIDEREA GABRIEL FERT CURIA.

IN DIE ANNUNTIATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

A Siderea Gabriel fert curia 1 uerba nuntii salutis:

Aue, Maria regia, uirgo 2 egregia, grata et probata, ut sit dei gratia plena.

Dolor pridem per Euam gemebun- 3 do uenit in mundo, adde fidem et tu fies secundo ipsi mundo plausus letabundo, quoniam dominus est | tecum.

Benedicta, o bene relicta, tu ca- 4 dens reatu in mulieribus, precellens operibus, et benedictus sit dictus fructus qui delet luctus, uirgo mitis, uerax uitis ventris tui.

CCL. PRÆTER RERUM SERIEM.

DE BEATA MARIA VIRGINE.



Reter rerum seriem
parit deum-hominem
uirgo mater,
Nec uir tangit uirginem,
nec prolis originem 5
nouit pater.

Virtus sancti spiritus
opus istud celitus
operatur,
Initus aut exitus
partus tui penitus,
quis scrutatur?

Dei prouidentia,
que disponit omnia
tam suaue:
Tva puerperia
transfer in misteria,
mater, aue!

CCLI. INVIOLATA, INTEGRA ET CASTA ES, MARIA.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

INuiolata, integra et casta es, Maria,
Que es effecta fulgida celi porta.
O mater alma | Xpisti carissima,
Svscipe laudis | pia precamina,
Nostra ut pura pectora sint et corpora,
Que nunc flagitant deuote uox c
que et corda:
Tv da per precata dulcissona
Nobis perpetua frui uita.
O beata, o beata, o beata,
Que sola inuiolata permansist

CCLII. SANCTUS, MATER MITIS VERÆ VITIS.

DE BEATA MARIA VIRGINE.


Anctus!
Mater mitis
uere uitis,
o decus singulare,
Parens prolis,
iubar solis
rutilans preclare.

Celi numen,
mundi lumen,
tu uirgo carens pare,
Prece tua
continua
nos uelis reparare.

Per te mundi
te iocundi
ut laudemus pariter, |
Atque natum
tuum gratum
ut amemus iugiter,

Quo te duce,
tua luce
uiuamus perhenniter,
Tecum sine
uiuit fine,
gaudentes feliciter.

Nos, Maria,
mater pia,
transfer ad celestia,

Qvo beato
tuo nato
dicamus cum gloria
Osanna! 30

CCLIII. MARIA, MATER EGREGIA.
DE BEATA MARIA VIRGINE.

Maria, mater egregia,
qva uia patuit regia,
Ducens ad preclara
polorum limina,
Ave, deo cara,
cunctorum domina, 5
Nostra laxa crimina.

CCLIV. SANCTUS, DE VIRGINE NATO.
DE BEATA MARIA VIRGINE.

Sanctus!
De uirgine nato
corde mundato
reddatur laus debita;
Iubilemus pie 5
uirgini (matrique) Marie,
qua ¦ salus est prebita.

Rubus inflammatus
nec tamen crematus,
Virga non rigata 10
flore fecundata,
Vellus Gedeonis,
tronus Salomonis.

Et uoces prophetice
prefigurauerunt 15
hanc et predixerunt
legis uerba mistice.

Aue, decus uirginum,
Ave, salus hominum,
Nos mundatos a uiciis 20
Celi iunge deliciis.

CCLV. SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS DOMINUS DEUS SABAOTH.
DE DOMINO NOSTRO.

Sanctus, sanctus, sanctus!
dominus, deus sabaoth,
Pleni sunt celi et terra glo-
ria tua, osanna in excelsis!

Benedictus, qui uenit in no- 5
mine domini!

Voce uita
sit unita
legis amicitia,
Dvm sacratur, 10
quod dampnatur
peccati malicia.

Caro panis,
sanguis uinum

dum fiunt ueraciter,
Quod deleuit
serpentinum
uirus efficaciter:

Hoc est corpus
Cristi uerum,
natum matre uirgine,
Hoc prostrauit
hostem uerum,
saluato sub homine.

Hoc in cruce
sexta luce
15 passum uicit infera,
Hoc surrexit
et reuexit
carnem supra sidera.

Hic est botrus,
20 hic est potus
dans manna uiuificum,
Vnde chorus
hic deuotus
concinat plausificum:

25 Osanna in excelsis!

CCLVI. SERENA VIRGINUM LUX PLENA HOMINUM.

DE BEATA MARIA VIRGINE.

SErena
uirginum
lux plena
hominum,
templum trinitatis
puritatis
specialis thalamus,
archa noue legis,
tronus noui regis,
uellus, quod rigauit,
qui nostrum portauit
saccum,
nostram carnem uestiens,

Nesciens
uirum deum paris.
o Maria,
mater pia,
stella maris
singularis,
stella, cuius radius
nubem pressit,
quam impressit
Eue culpa prius,
5 istud nulla caritas |
meruit aut castitas,
set simplex humilitas
ancille.

O mamille,
10 cuius uene
fluunt plene
mundo
lac et mella.
gens misella,
15 tollite
uas fellitum,
uas mellitum
bibite.
ecce lac infantivm,


ecce, manna mundo,
ecce, pie 40
flos Marie
uirginis.

Seminis
Abrahe
stirps inclita, 45
balsamus mellita,
calamus condita,
nardus, mirra trita.

O pia,
trahunt nos ad uaria 50
laquei predonis,
torrens Babilonis,
Dalida Samsonis.
hostem, mundum,
vas inmundum 55
bellica pacifica.
spes reorum,
lux celorum,
uirgo regia,
o Maria, 60
cecis via,
nostra tympanistria,
in hoc salo
nos a malo
salua, stella preuia, 65
ut concordis
uocis
manus cordis
plausu leti trino
Benedicamus domino! 70

CCLVII. CÆLUM, NON ANIMUM MUTAT STABILITAS.

DE STABILITATE ANIMI SERVANDA.



CElum, non animum
mutat stabilitas,
firmans id optimum,
quod mentis firmitas
uouet, cum animi 5
tamen iuditio;
nam, si turpissimi
uoti consilio
uis scelus imprimi
facto nefario, 10
debet hec perimi
facta promissio.

Non erat stabilis
gradus, qui cecidit,
pes eius labilis 15
domusque occidit;
hinc tu considera,
quid agi censeas,
dum res est libera:
sic sta, ne iaceas; 20
prius delibera,
quod factum subeas,
ne die postera
sero peniteas.

Facti dimidium 25
habet, qui ceperit,
ceptum negotium
si non omiserit,
non tantum deditus
circa principia, 30



nedum sollicitus
pro finis gloria;
nam rerum exitus
librat industria,
subit introitus
preceps incuria.

CCLVIII. VERI FLORIS SUB FIGURA.

DE MYSTICA CONCEPTIONE B. MARIÆ VIRGINIS.


Eri floris sub figura,
quem produxit radix pura,
cleri nostri | pia cura
florem fecit misticum
preter usum laicum, 5
sensum trahens tropicum
floris a natura.

Aurum faber suo more
ignis domans in ardore
flexu ducit leniore:
sic conflauit media
ignem pium gratia,
quo flecti iustitia
posset a rigore.

Floris decor non decrescit,
qui non aret nec marcescit:
sic flos ille casum nescit, 10
quem produxit uirginis
ortus expers seminis,
quem nostre propaginis
modus expauescit.

Ex hoc igne caritatis
fons emanat pietatis:
in incude castitatis,
quem facit paraclitus,
formauit diuinitus,
inflectens humanitus,
aurum deitatis.

CCLIX. ROSÆ NODUM RESERAT.

DE MYSTICA CONCEPTIONE B. MARIÆ VIRGINIS.


Ose nodum reserat
ueri solis radius,
dum ad ortum properat
uerus dei filius;
hunc mundus incarcerat, 5
qui mundana liberat
inclinato die,
nocti lucem generat
gratia Marie.

Stirps Iesse progreditur,
noua fit insitio,
surculus in|seritur,
set non fit incisio,
dum Xpistus concipitur,
castitas non leditur.
noua res: puella
parit et complectitur
firmamentum stella.

EXPLICIUNT CARMINA CODICIS HELMSTADIENSIS DCX


Force m'est trop.


Force m'est trop.



